BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

CATO
DE AGRI CVLTVRA

EDIDIT
G. GOETZ

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

M. PORCI CATONIS

DE AGRI CVLTVRA

LIBER

POST HENRICVM KEIL ITERVM EDIDIT

GEORGIVS GOETZ

LIPSIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMXXII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

PRAEFATIO

Plus quam viginti quinque anni praeterierunt ex quo Catonis De agricultura libri editionem minorem in chartis Henrici Keil relictam et propinquorum voluntate meae fidei commendatam viris doctis proposui. Cuius cum exemplaria exhausta esse bibliopola honestissimus scripsisset rogassetque ut novae editionis ad exemplum librorum Varronis de re rustica a me retractatorum accommodandae curam haberem, lubenti animo ad Catonem reverti. A quo tamen labore ne frustra exspectentur quae suscipere a meo consilio alienum fuit, me nihil spectasse moneo nisi ut codicis Marciani optimi memoriam diligentia et opera cum aliorum tum Henrici Keil redintegratam, sed abstersis maculis levioribus librariorum culpa inlatis, quas quidem non sine aliqua fiducia temptari viderim, denuo philologis offerrem. Marciani autem codicis contextus quomodo cum genuino scriptoris opusculo, quod auctor sive edidit sive aliis edendum reliquit, cohaereret quove modo prisca forma diurno et diutino usu mutata paulatim in eam recensionem abisset quam Varro legit et post eum Plinius, etsi quaerere non neglexi, ut quod meditationi meae non uno loco pro fundamento esse debuerit, pluribus tamen verbis in hac praefatione persequi longum fuit.[1])

Tres vero omnino emendationis vias patere inter omnes constat. Quarum quae prima est, scilicet ut codicis deperditi scriptura ipsa sive sana sive corrupta quam diligentissime recuperetur, eam dudum Keil optimo successu instituerat: cuius de hac re verba ex proecdosi non mutata mea esse volui. 'Paullo difficilius autem erat in Catonis libro archetypi lectiones eruere quam in libro

1) Cf. nunc A. Kappelmacher, 'Wiener Blätter' I p. 4, qui a 'commentario de agricultura' proficiscitur.

Varronis. Nam quoniam et Politianum qui ipsum codicem inspexerat et discrepantiam scripturae in editione principe adnotaverat, saepe rem neglegentissime egisse constat neque in recentioribus codicibus veterem scripturam semper accurate expressam esse animadverti, ad fidem Politiani examinandam et supplendam pluribus apographis opus erat. Rem igitur tali modo institui: ubicumque consentientibus omnibus vel plurimis apographis cum testimonio Politiani de scriptura archetypi constabat, hanc solam posui; ubi autem discrepantia librorum manu scriptorum de fide Politiani dubitationem movebat vel etiam aperte rectius in illis vetus scriptura servata erat, utramque lectionem exhibui. qua in re quae Politianus e vetere libro adnotaverat apposita nota nominis *Pol.*, quae in principe editione non mutata reliquerat, *V* nota significavi (pro *V* posui *v*, ubi testimonio Politiani solius Merulae esse scripturam editionis principis demonstratur), codicum denique lectiones aut communi signo *apogr.* comprehendi aut ubi singuli libri nominandi erant suis notis indicavi. Libri autem quibus usus sum hi sunt:

A = codex Parisinus 6884 A;
b = codex Laurentianus 51, 2;
c = codex Caesenas bibliothecae Malatestianae;
f = codex Laurentianus 51, 1;
m = codex Mediceus vel Laurentianus 30, 10.

Praeter libros manu scriptos adhibui editionem Victorii anni 1541, qui unus post Politianum ipsum Marcianum codicem usurpaverat et lectiones haud paucas in suam editionem receperat, alias in explicationibus adnotaverat: ex qua editione non modo eas adnotationes adscivi, quibus certa testimonia inerant, sed etiam ipsius contextus lectiones haud paucas, quae quoniam in prioribus editionibus non inventae sunt neque coniecturae editoris debentur, non potuerunt non ex codice peti: has igitur ad apographorum testimonia confirmanda addidi.' Haec igitur Keil: ex cuius apparatu, quem in plerisque rebus mihi pro fundamento fuisse moneo ita, ut ubi fieri posset ipsam adnotationis formam non mutatam exhiberem, in libro Marciano saepius duplicem fuisse propagatam scripturam perspicitur,

sive margini adscriptam dittographiam sive in versuum intervallis collocatam fuisse putabimus. Velut p. 46, 14 huius editionis, ubi apographa reliqua partim *nascetur* partim *nocebit* exhibent, cum in A relictum sit *nascetur* et *l'nocebit* supra adscriptum, 'in margine optimi exemplaris eadem manu qua liber exaratus est, pro *Nascebit(?) Nocebit* emendatum est' (Vict.). P. 50, 13 in contextu quod fuit *de scopio,* ei in margine *al' de scopione ex.* respondet. P. 50, 17 in contextu legitur *lauta et pura,* at in margine *al' curata ex.* P. 15, 11 Politianus adnotavit: 'in marginibus vetusti codicis erat hoc verbum *densa,* at intus *lora*'. P. 13, 24 Politianus testatur *opsequito* et s. scr. *l' tor* in codice fuisse, ubi *obsequitor,* non *obsequito* est in apographis. Quibus adde quae ad 37, 19; 48, 16; 50, 12; 52, 15; 58, 7 leguntur. Neque vero neglegenda est adnotatio ad 43, 22: 'in margine veteris codicis adscriptum erat: *Huc usque de duobus emendavi hinc de uno exemplario tantum*'. Quae qui consideraverit etiam in reliquis siqua est discrepantia ut inter Politiani adnotata et apographa ita inter apographa vetustiora et recentiora, quin non semel ad duplicem libri Marciani scripturam recurrendum sit, non dubitabit. Miram denique memoriam in cap. 160 exstantem nolo silentio praeterire, ubi utrumque incantamentum magicum bis ponitur cum levissima scripturae discrepantia et praemissis verbis '*in alio s. f.*', h. e., ut Skutschio videtur (apud Heimium 'Incantam. magic.' Nov. annal. suppl. XIX p. 565 sq.), '*in alio sic fertur*': ex quibus verbis fortasse colligeremus et lectiones illas margini adscriptas quas supra attuli et has dittographias in textu continuo positas ex altero utro vetustorum exemplarium fluxisse ibique modo margini adscriptas fuisse modo in ipsum contextum irrepsisse, nisi quis potius cum C. Wessely ('Wien. Stud.' XX a. 1897 p. 139) has capitis 160 dittographias ex nescio quo incantamentorum magicorum exemplari sumptas et religionis causa appositas esse, scilicet ne vera carminum forma obrueretur neve sic artis magicae vis infringeretur, credere malet. — Capitulis libelli in codice Marciano hic illic minus recte discriptis quae praemissa sunt argumenta brevicula rubrica picta, hausta illa plerumque ex primis ipsorum capitulorum verbis aut leviter

mutatis aut non mutatis, aliquoties effecerunt, ut genuina contextus verba post rubricam posita omitterentur, scilicet cum librarius bis idem scribere noluerit: unde illa editores, h. e. modo Iucundus vel Victorius, modo Gesner vel Schneider, modo Keil, post rubricae verba iteranda esse recte censuerunt. Quod factum est cap. X, XI, XX, LXX, CVI, CXXXVI, CLI (ex parte), CLII, CLXI, CLXII; ubi de CVI et CLXII dubitationes movit Robertus Friderici, disputationis 'De librorum antiquorum capitum divisione atque summariis' (ed. Marpurgi a. 1911) p. 73. Quodsi quibusdam rubricarum locis verba ab ipso Marciani codicis contextu discrepant, quaerendum erit, nonne mutationi potissimum in rubrica factae hoc tribuendum sit. Unde p. 46, 4, ubi contextus exhibet *convolvolus in vinia ne siet* (cf. p. 46, 14), cavendum fuit, ne cum Friderico l. s. s. statueremus *convolvolus* formam ex rubrica *(Involvolus convolvolus in vinia ne siet)* falso in contextum ipsum illatam ex codice archetypo genuinam formam (h. e. *involvolus*) expulisse; immo glossemate subnatum esse illud *involvolus* suspicor ad exemplum eorum quae Corp. gloss. lat. vol. IV p. 467, 7 leguntur: *convolvens involvens*. Nec movet me summarii toti libro praemissi lemma CIV *(Involvolus in vinea ne sit)*: nam lemmata illa una cum rubricis ex quibus pendent ut satis vetusta esse Friderício et Birtio ('Krit. und Hermen.' p. 12) concedo ita Catonis esse cum H. Mutschmann ('Berl. philol. Wochenschr.' a. 1912, p. 1800) nego; cuius rei argumenta hoc loco proferre nolo.

Alteram emendationis viam loci similes et testimonia aperiunt, loci similes ipsius quem tractamus libelli, testimonia Varronis, Plinii, Columellae, aliorum. Atque loci illi similes quos dixi etiam maiorem in contextu constituendo auctoritatem haberent, si eiusdem scriptoris, h. e. Catonis, esse constaret omnia: quod tamen de capitibus nonnullis propter argumenta miro modo repetita recte in dubitationem vocavisse videntur cum alii tum Fridericus Leo ('Gesch. d. röm. Lit.' p. 273 adn.). Sed fac capita quaedam similis argumenti ad diversos esse revocanda auctores: illi certe capitum non genuinorum auctores si post Catonem fuerunt ab illo non adeo tempore

differunt, ut certa et plana dicendi generis recentioris vestigia reliquisse putandi sint, praesertim cum ipsa materies eos minime impelleret, ut excultae interim orationis progressus diligenter exaequarent. Unde non ausus sum ex tenuioribus vestigiis velut cap. 52 *in arborem relinquito* ab eis distinguere quae cap. 133 exstant *in arbore relinquito,* immo cum Keilio utroque loco *in arbore* edidi. Nec probabile existimo Paulum Weise (Quaest. Caton. capita V. Gottingae a. 1886) locos quibus imperativi leguntur recte ab eis secrevisse quibus coniunctivi exhibentur: quod quantas difficultates haberet, dudum G. Ihm (Indic. philol. t. XVIII p. 588) diserte monuit; cuius verbis addenda quae Edmundus Hauler ('Zu Catos Schrift über das Landwesen' Vindob. a. 1896 p. 6) docte disseruit. Sed etiam qui eiusdem scriptoris capita esse ad unum omnia censebit, ne is quidem habebit cur omnia eadem ut aiunt pertica tractet. Velut quod Keil ex c. 98, 1 *(vestimenta ne tineae tangant)* etiam in ultimo capite *nec tineae nec vermes tangent* scribit pro eo quod in codice est *nec tinea nec vermes tangent,* per se quidem bonum est: at quis demonstrabit singularem hoc loco ferri non posse, utpote cum pronum fuerit librariis propter *vermes* singulari pluralem praeferre, non autem plurali singularem multo certe insolentiorem? Cf. etiam Hauleri p. 13. Eodem nescio an spectet quod Cato sex locis utitur forma *oletum,* semel (cap. 44) *olivetum*: quod etsi facile est cum Iordano in *oletum* mutare, tamen ne hoc quidem loco codici fidem denegare ausus sum. Quod quamvis ita se habere existimem, tamen ne quid neglexisse viderer locos similes potiores in adnotatione si non exscribere, at indicare visum est. — Testimoniorum Varronis, qui in tertio libro suo Catonis rationem habuit nullam, in secundo duo locos ex Originibus haustos (II 3, 3; II 4, 11) attulit, plures in primo libro ex ipso eo in quo versamur opusculo (ut I 2, 28; 7, 1; 9; 18, 1; 19, 1; 22, 3; 23, 7; 24, 1; 2; 3; 4; 58, 1; 60), duplex esse genus sciendum est: aut verba ipsa adhibentur, nisi quod saepius oratio recta in obliquam vertitur, aut liberiore modo Catonis verba tanguntur potius quam exscribuntur. Qua in re noli credere eam semper praestitisse Reatinum diligentiam quam nos quidem a

nostris exspectamus: immo etiam ubi accuratius ad ipsa sui auctoris verba fuit accessurus, in singulis modo addere quaedam modo omittere, modo quae invenit ad suam vel sui temporis consuetudinem dicendi more solito accommodare haudquaquam veritus est, scilicet et dialogi necessitati et elegantiae sermonis consulturus. Atque quamvis nonnulla ex Varronis libris feliciter emendata esse constet, ut p. 16, 18; 15, 17; 14, 23; 10, 15, in aliis tamen cavendum fuit, ne testimoniis abusi Catoni obtruderemus, quae ipsius Varronis viderentur esse. Velut quod p. 14, 25 *prius* adiciunt verbis codicis Marciani (*id hoc modo serito: ⟨prius⟩ bipalio vortito* e. q. s. ex Varr. I 24, 4), id iniuria factum esse censeo; immo Varro illud *prius* de suo addidit, unde pendet, ut saepius, Plinius XVI 173. Nec rectius ibidem v. 16 inseritur ex Varronis libro *nisi (ager oleto conserundo, ⟨nisi⟩ qui in ventum favonium spectabit et soli ostentus erit, alius bonus nullus erit)*, cum excerptor potius sermonem duriusculum *(= ager oleto conserundo* ⟨scil. *bonus est*⟩ *qui in ventum favonium spectabit et soli ostentus erit, alius bonus nullus erit)* politiorem reddiderit. De aliis locis quibusdam conferenda, quae Paulus Weise p. 110sqq. exposuit, quamquam hic illic aut erravit aut saltem non omni ex parte recte iudicavit. Mira sane necessitudo inter cap. 124 (p. 52, 25sq.) et Varronis I 21 intercedit: ubi quae Cato habeat de canibus cum iam Pontedera monuisset sententiarum continuitatem turbare, ex Varronis verbis interpolata esse Weise p. 114 contendere ausus est. Quae coniectura ut primo sane obtutu arridet, ita re enixius perpensa Catonis verba ex societate aliorum locorum qui per se non minorem suspicionem moveant eximi et solvi posse nego.

Multo plura ex Catonis libro — ut taceam de Cicerone qui in libro de senectute saepius illius verborum memor fuisse videtur (cf. quae post Reinholdum Klotz adfert P. Weise l. s. s. p. 118) — Plinius in Historiam naturalem transtulit: de cuius ratione praeter Weisium l. s. s. p. 120sqq. inprimis R. Reitzenstein ('Wochenschr. f. kl. Philol.' a. 1888 p. 591sqq.) et F. Muenzer ('Beiträge zur Quellenkritik der Naturgesch. d. Plin.' p. 12sqq., 55sqq., 74sqq.) sagaciter disputaverunt. Atque Plinii excerpta

aut ex ipso Catonis libro sumpta sunt aut ex aliis scriptoribus, ut Varrone et Celso, qui illum inspexerunt. Quae ex ipso Catone fluxerunt, in quattuor genera distinxit Muenzer (p. 81): primo eos locos complectitur qui ex festinata lectione in memoria remanserant; altero quos inter legendum adnotatos occasione oblata profert scriptor; tertio quos dispersos in Catonis libro ratione quadam et consilio in unum coniunxit; quarto denique quos ex eodem loco depromptos, sed disiectos novae dispositioni suae subiecit. Libri XVIII locos Catonianos ex Celso derivandos esse cum Reitzensteinio sumit idem Muenzer, Celsum autem non tam ex hoc quod nos tractamus opusculo quam ex libro ad filium de agricultura composito simillimo pendere coniecit. De eadem re etiam Paulus Reuther (De Catonis de agri cultura libri vestigiis apud Graecos. Lipsiae a. 1903, p. 31) dixit, quamquam eam quae est de Celso et de tota re quaestionem ante perfectam Columellae editionem ad certum finem perduci posse negavit Fridericus Marx in praef. Celsi p. XV. Quicumque igitur in verbis Catonis emendandis versabuntur, Plinii copiis diligenter, sed caute utentur. Qua in re cum Keil in universum circumspectissimum sese praebuerit, nos tamen ex lectionibus quas a Plinio sumpsit sive ipse sive quisquis eum praegressus est nonnullas ab hac editione exsulare iussimus, velut p. 15, 14 Quiriniana revocavimus ex codice Marciano pro eo quod Plinius exhibet *Quiriana:* quamquam non satis certa res est. Eadem enim forma redit apud Macrobium III 19, 2 ex Cloatio Vero (Funaioli Gramm. Rom. fr. p. 470); qui si ante Plinium fuit (cf. Encyclop. real. IV p. 617), augetur sane auctoritas scripturae Plinianae; post Plinium si floruit (Lersch III p. 167), ex Plinio eum pendere nescio an conicias. Item retinui p. 46, 13 *brachia* cum Haulero l. s. s. p. 22 pro eo quod est apud Plinium *bracchiis* et p. 71, 5 cum eodem Haulero p. 29 *vellatur* pro *evellatur.* De aliis locis consulenda erunt quae in adnotatione breviter monui. — Columellam qui Catone teste haud raro utitur, sed ita ut neque locos ex quibus pendet diligentius indicet et verba ipsa aliquoties rhetorum more exornet (cf. P. Weise p. 153), non ipsum de agricultura librum adiisse, sed Celso sua

debere Klotz ('Iahns Archiv' t. X a. 1844, p. 38), Reuther (p. 16), Reitzenstein p. 591 monuerunt. De quo scriptore eis quae viri docti disseruerunt quod addam non habeo.

Gellius verba Catonis duobus tantum locis attulit; quorum prior est X 26, 8 = c. 1, 3 (ubi *oppidum amplum* exstat pro eo quod verum est *oppidum validum*), alter III 14, 17 = cap. 151, 3. — Nonius quae habet Varroni debet. — Macrobius (VI 4, 16; VII 6) ex Plinio pendere videtur (cf. P. Weise l. s. s. p. 159). — Apud Diomedem denique quae p. 368, 26 leguntur, non ex Catone ipso sumpta sunt, sed ex libro eius qui 'Tyrannus de agricultura' dicitur, quem Turranium esse Keil in adn. censuit.

Tertia emendationis via ex arte coniectandi se nobis obfert, qua felici saepe successu ex temporibus litterarum renatarum multi usi sunt, ut Iucundus, Victorius, Pontedera Itali, Turnebus Francogallus, Meursius et Gronovius Batavi, ex nostratibus Gesner, Schneider, Keil, quorum nomina ex apparatu oculis saepe occurrunt. Sed ut nunc res est, cum loci non pauci relicti sint, qui potius interpretem quam emendatorem exspectent, interpretationi campum latissimum, coniecturis angustum concedendum esse apparet, sive ex disciplina grammatica auxilium exspectabis et ex consuetudine dicendi, sive ex iuris scientia, sive ex antiquitatum quovis genere. — Atque grammaticae et consuetudini dicendi illustrandae praeter ceteros Henricus Keil operam navavit inprimis in commentario maiori editioni adiecto idque in universum optimo successu. Quamquam fatendum erit virum egregium in contextu constituendo de locis haud ita paucis suis rationibus confisum severius iudicasse et Catonis verba ad orationis politae leges exactiores nimio studio astrinxisse. Etenim propria est huius libelli indoles nec cum aliorum scriptorum forma ubique comparabilis; nempe cum agricolarum potissimum usui haec praecepta destinata fuerint et ex diversis fontibus collecta, cur orationis severae severa norma et arte coercerentur nulla causa fuit. Quo in genere illud pono, quod iniuria Keilium exempla quaedam brevitatis vel neglegentiae removisse insertis verbis qualia sunt *addit, addito, indito, sinito*, alia Hauler l. s. s. recte monuit, cum prorsus improbabile sit tot talia verba

pari modo intercidisse. Ubi potius haec et similia conferenda esse censeo ex cap. 42: *ficos et oleas altero modo*, ex cap. 56: *familiae cibaria*, ex cap. 59: *vestimenta familiae:* qualia nemodum removere conatus est. Orationis salebrosae exempla graviora haec adfero, ex cap. 144: *Accessiones: in M̊ ∞CC accedit oleae salsae M̆V, olei puri P. VIIII* e. q. s., ubi Keil cum Iucundo: *Accessiones . . . accedent* exhibuit (cf. comment. p. 153). In quibus verbis simul illud notabile, quod in formula summae augendae spreta dicendi lege usitata praedicati praecedentis singularis, subiecti succedentis pluralis toleratur. Cuius libertatis alterum profero exemplum simillimum ex cap. 135, 4 (p. 56, 15) hoc: *in conmissura abibit P. III, rel. erit P. XLVI* (h. e. *abibit pedes sex*, *reliquom erit pedes XLVI*); quae verba iam Menrad ('Arch. f. lat. Lexicogr.' t. IV p. 524) adnotatione adiecta nulla recte attulit: ubi noli cum Keilio pluralem ponere. Talia enim et alia quaedam cum simili libertate utantur, ut in eadem trutina ponenda ex hoc quidem libro removenda esse nego.

Ad grammaticam nos convertemus etiam in singularibus quibusdam difficultatibus, ubi anceps haerebis utrum codicis scripturam retinendam an expellendam esse dicas. Quo in genere illud pono, quod Keil p. 40, 1 ex codice revocavit *oletas* et p. 60, 21 *oletate:* quibus addidit p. 60, 1 *oletate* pro eo quod in codice fuit *oleatate:* pro quibus inde a *v* editiones *oleitas* et *oleitate (= olivitas, olivitate)* exhibere solent. Quam formam *(oletas)* etsi cum Keilio intactam reliqui, tamen quomodo cum grammaticae legibus congruere dicam nescio. Olim mihi persuasi librarium, qui saepius *oletum* pro *olivetum* legisset, hac forma deceptum alios decepisse. — Porro mirum est, quod ubi codex Catonis (p. 18, 11 sq.) *corcubulas* exhibet pro eo quod editur *corbulas* eodem loco ex Catonis libro transcripto apud Varronem veterem codicem '*corbubulae*' habuisse (p. 39, 23) e diserto testimonio Victorii ad Catonis locum adscripto discimus (cf. Keil comment. in Varron. p. 69). Quo testimonio confisus olim formas mira quadam similitudine insignes ad *corbuculas (corbuculae)* revocabam *(= corbiculas)*, memor formarum quales sunt *peduculus* pro *pediculus*, *peduculosus* pro *pediculosus* in

glossis traditarum (cf. vol. VII p. 61). Addo tertium exemplum ex 31, 8, ubi codex *virisicca (vel materie quernea virisicca alligato)* habuit: pro quo quod *bene sicca* proponit Keil bonum est per se, sed sic omnes quattuor litterae mutantur; *vere sicca,* de quo cogitat Hauler p. 21, propius ad codicis vestigia accedit, sed minus consulit sententiae. Fortasse nihil mutandum est in loco ex sermone rustico hausto; *virus* est sucus herbarum; *virisiccus* dicitur ut *oridurius* (Corp. gloss. VII 31). Olim de *vir⟨d⟩isiccus* cogitavi, ut est *dulcacidus.* Sed utut est, tutius visum est formam non removere.

Ex apertorum autem vitiorum generibus variis quae emendationem expostulant nullum frequentius esse vidi quam quod oculorum neglegentia in similes syllabarum vel verborum formas paulo post occurrentes errore delatorum ortum esse apparet. Velut cap. 61 *alt⟨issime miscebit is tenu⟩issimas* cum Iucundo scribendum esse Plinius XVII 127 luculento testimonio ostendit. Ad quod exemplum cap. 57 novum addit Iucundus: *un⟨decimo, duo⟩decimo* certissima emendatione, ut ipsa res indicat. Eodem fortasse ex cap. 3, 1 exemplum accedit, ubi nescio an pro eo quod Iucundus ex Plinii et Columellae libris ad sententiam recte reposuit *ne villa fundum quaerat ⟨neve fundus villam⟩* mutato ordine haec praeferenda sit scriptura: *ne ⟨villam fundus neve⟩ villa fundum quaerat;* quod medicamentum sane lenius est. Quibus locis nescio an quartus addendus sit ex cap. 145 hic: *qui placebunt aut custodi aut quis eam oleam em⟨erit. si opus⟩ erit trapeti, facito. si operarii conducti erunt* (nisi *trapetis* restituere males pro ablativo *trapeti*). Cf. cap. 146 et alia quaedam exempla. — Cui vitiorum generi peculiare accedit ex praetermissione syllabarum illud natum, ut p. 22, 21 est *divito* pro *dividito,* p. 58, 28 *lentibus* pro *lactentibus,* p. 59, 32 *iunto* pro *iuranto,* p. 64, 22 *decovinum* pro *de dolio vinum,* fortasse etiam 19, 22 *uba* pro *verba* (nisi *ṽba* subesse censebimus); quibus sextum locum addo ex 71, 5: ubi cum codex habuerit *quo anno severis sūstramentis per hiemem operito,* aut *substramentis* (vel *sustramentis*) reponunt aut *stramentis* deleto *sum,* aut *semen stramentis* (Keil): ex quibus *substramentis* propter signi-

ficationem displicet, nam neque *substramenta* neque *sustramina* ad operiendum adhibentur, *stramentis* autem codici non satisfacit, *semen stramenti* neque codice neque re commendatur (cf. recte Hauler p. 29): scribendum videtur *s⟨at⟩um stramentis*, qua scriptura et codicis vestigiis et sententiae simul consuletur. Cf. p. 64, 7: *et ubi semen satum siet, stramentis operiri.* — Ad has quas attuli lacunas accedunt eae quas numeros hausisse putat ex parte cum aliis Keil capitibus X, XI, XIII: ubi nemo dubitabit de 17, 31; nec incertior res est 18, 4, 5, 8, 11, 24, 27; ac ne de 28 quidem dubitari posse credo. Quamquam de hoc vel illo loco erunt qui aliter iudicent. De ceteris lacunis non habeo quod addam. — Contrarium vitiorum genus additamenta sunt, qualia non pauca in Catonis verba penetrasse etiam ex hac altera editione apparet. Quorum additamentorum ratio duplex est. Simplicissima exempla ex mera vocabulorum vel syllabarum iteratione repetenda sunt, velut si p. 21, 7 *arbores et [arbores et] parietes* in Marciano est vel p. 58, 22 *esto item [esto item];* quo pertineret *dimidiata [tū]* ex *dimidiatata* natum p. 30, 3, nisi potius neglectae concinnitatis exemplum agnoscendum esset. Saepe vocabula ex vicinia inmissa vel anticipata sententiam turbant, ut p. 23, 17 *dextra sinistra foramina* iterata sunt ex eis quae p. 23, 15 praecedunt, vel *luminaria VI* p. 19, 16 cohaerent cum *lumina⟨ria⟩ VI* v. 15 (de quibus tamen dubitat Hauler; cf. p. XVII). Sed noli credere etiam p. 12, 8 *viridius et* ex v. 5sq. repetitum esse vel *huiusce modi* p. 67, 6 ex eis quae secuntur, vel p. 62, 14 verba *locus . . . faciet* ex 62, 2 (cum Mommseno): ubi me iudice omnia sana sunt. Altera interpolationis species ex glossematis intrusis nata est; ut p. 50, 24 Keil *vinum* recte damnavit (cf. p. 50, 2; 50, 15), quod interpolator ex v. 23 adiecit, ut quale subiectum esset indicaret; item p. 62, 13 *dominus* ex simili interpretamento repetit Mommsen; denique *segetem* falso qui adscripsit p. 64, 28 post *diducere in vias et* nescio an hebetiore sensu aliquid desideraverit. Eodem studio adiectum videretur *siet* p. 21, 22, si revera interpolatum esset: at vide ne potius ex insolita structurae confusione scriptor ipse dixerit *altam facito siet* pro eo quod est *facito alta siet.* Quibus non sine ratione

conferetur anticipatio ex Plauti fabulis nota, cuius exempla nonnulla congessit Ussing ad Aul. 661 *(nimio hercle ego illum corvom ad me veniat velim;* cf. Mil. gl. 148: *eumque ita | Faciemus ut quod viderit ne viderit);* quamquam rem non prorsus eandem esse ipse intellego. Certe tutius visum est uncos removere. Quod vero p. 68, 1 *morbis* interpolatum esse vult Keil, huius suspicionis cum nulla causa perspiciatur, *morbis,* nisi quidem ex *morbosis* natum est, nescio an retinendum sit. Nec magis *opus est* p. 20, 13 unde venisse dicam habeo (nisi quod *opus* praecedit), etsi quin alienum sit non minus dubito quam quod 41, 14 Keil inclusit *solum.* P. 19, 6 quod legitur *centumpondium incertum* nisi *incertum* cum Turnebo = *non partitum* interpretaberis, corruptum potius quam interpolatum censeo. A talibus additamentis ad maiora progredi, ut p. 10, 9 verba *instrumenti ne magni siet, loco bono siet* Leo ('Gesch. d. röm. Lit.' p. 471 adn. 2) cum Pontedera damnavit vel p. 52, 25sq. verba *Canes ... sint* P. Weise p. 114 delenda censuit (cf. p. VI), non ausus sum: istae enim difficultates quas exstare facile concedo nescio an potius ex totius libelli compositione et fatis repetendae sint. — Haec de officio grammatici: ad grammaticos accedunt in quibusdam certe partibus iureconsulti, ut Bekker (Z. R. G. a. 1864 p. 416—445), Mommsen in sexta editione libri Brunsiani qui 'Fontes iuris Romani antiqui' inscribitur p. 49sqq., Kniep 'Gai Institut. comment. tertius' (a. 1916) p. 279sqq., accedunt saepissime antiquarii et historici, ut Bluemner in Technologia, Gummerus ('Der röm. Gutsbetrieb' Klio Beiheft V 1906), Olck (Nov. annal. t. CXLI a. 1890 p. 577sqq., de temporum ratione), alii, quos adibunt qui his quaestionibus vacabunt.

In apparatu conformando cum Keilio id egi, ut 'quid a Politiano e codice adscriptum quidque ex eius silentio concludendum esset, ubique indicaretur et ab his ubi apographa vel Victorii editio dissentiret adnotaretur. Neque tamen eadem ratione in omnibus constanter usus sum. Nam in graviore scripturae discrepantia ipsius Politiani lectionem posui et apographorum vel Victorii testimonia uncis inclusa addidi; aliis locis discrepantes lectiones posui omnes et quis rectius archetypi scripturam expressisset

legentibus diiudicandum reliqui. Semper autem curavi, ne quid deesset quod ad archetypi lectionem eruendam utile videretur'. In re orthographica proecdosin secutus quam proxime ad veterem librum accedendum esse censui: de tota re diligenter quaesivit P. Weise p. 1—64. Constantiae consulere in hoc quidem libello nolui. Apparatui etiam testimonia inserui, discrepantia tamen scripturae plerumque neglecta, nisi ubi oculos hac vel illa re in se convertere visa est. Ubique autem Keilii scriptura quam posuit in minore editione remota a me uti diserte commemoraretur curatum esse volui. Compendiis in adnotatione usus sum praeter ea quae attuli hisce: *Pont.* = Pontedera, *Schn.* = Schneider, *Iuc.* = Iucundus, *Turn.* = Turnebus, *Iord.* = Iordan. His quae praefandi causa attuli subicienda esse censui quaecumque praeterea de singulis locis scitu digna esse aut ipse putavi aut alii monuerunt.

M. PORCI CATONIS de agri cultura inscripsit Keil: ubi *Porci* cum neque in subscriptione *(M. CATONIS de agri cultura explĩ feliciter)* exstet neque videatur fuisse in inscriptione *(M. CATONIS PRISCI de re rustica liber* est in V), omisi cum Wuenschio Mus. Rhen. t. LXIX (a. 1914) p. 138; non tamen ausus sum verba quae sunt *de agri cultura* temptare cum Haulero l. s. s. p. 11, qui *De re rustica* maluit ratione habita inprimis eorum quae revera insunt in libello. — De summario et singulis eius lemmatis disputavit R. Friderici loco quem supra (p. VI) attuli. Quibus addenda sunt quae Theodorus Birt 'Berl. philol. Wochenschr.' a. 1915, p. 922 sqq. de eadem re exposuit. De quo summario moneo me in universum in apparatu eidem brevitati studuisse quae apud Keilium est. Itaque lemmata semper conferenda esse cum rubricarum et ipsius Catonis capitulorum initiis satis sit hoc loco monuisse, ne adnotationem lectionibus ex tali collatione petitis praeter rem onerare cogerer. — De *uti aedificatam* in lemm. V, *dolia* in lemm. LXXVIII, *metretam* in lemm. CVIIII, *ager* in lemm. CXIV, *amurca* in lemm. CXXXIX collatis cum rubricarum verbis dubitationes movit Friderici p. 66, de *erit (erunt)* in lemm. LXXVI p. 67. — Lemm. XIII. Cf. idem p. 64. — Lemm. XIV. Cf. idem p. 74. 79. — Lemm.

XVII. *Si cui locabis* idem p. 67; videntur duae lectiones *(sic al' si* et *si al' sic)* confusae esse. — Lemm. XIX. *partiario coquendam* idem p. 67. — Lemm. XXIX. Cf. idem p. 66. — Lemm. XXXVII. Cf. idem p. 65. — Lemm. LI. Hinc rubricam corr. Friderici p. 80. — Lemm. LXV. Cf. idem p. 73. — Lemm. LXXVI. Cf. ad V. — Lemm. LXXVIII. Cf. ad V. — Lemm. CIV. Cf. p. VI huius praefationis. — Lemm. CVIIII. Cf. ad V. — Lemm. CXIV. Cf. ad V. — Lemm. CXXVII. Cf. Friderici p. 69. — Lemm. CXXVIII. Cf. idem p. 70. — Lemm. CXXXI. Verba *si difficile emittit uessica* deleri iubet idem p. 62. — Lemm. CXXXIII. De *ita ut* = *eo consilio ut* cf. idem p. 64, de *conclusos* et *clausos* p. 69. — Lemm. CXXXIX. Cf. ad V. — Lemm. CXXXXIII. De *antequam* cf. Friderici p. 69. — Lemm. CXXXXV et sq. Cf. idem p. 80. — Lemm. CLVIII. Cf. idem p. 68. — Lemm. CLVIIII. Cf. idem p. 63. — Lemm. CLXVIII. Cf. idem p. 70. — Lemm. CLXX. Cf. idem p. 80. — Catonis capita 1—5, 5 vernacule vertit Leo 'Gesch. d. röm. Lit.' p. 470—474. — Ante Catonis prima quae sunt verba (p. 9) *Est interdum praestare,* cum duriuscula visa essent doctis, F. Leo l. s. s. p. 271 adn. 4 nonnulla intercidisse coniecit, quam coniecturam R. Wuensch (Mus. Rhen. t. LXIX a. 1914, p. 136) suis argumentis firmare studuit. Ab altera parte R. Friderici p. 48sqq. quicquam deesse negavit, quocum fecit Theodorus Birt ('Berl. phil. Wochenschr.' a. 1915, p. 922sqq.), sed ut *Esto* praeferret; verba *Est* (vel *Esto*)... *praestare* nescio quomodo pertinere ad capitula praemissa et inscriptionem; eodem spectare verba *ut ad rem redeam* (p. 9, 17). Tetigit rem Stangl ('Berl. phil. Wochenschr.' a. 1914, p. 827sqq.), ut iam antea Loefstedt 'Peregr. Aeth.' p. 122. — 9, 18 *institutum* neque genetivus est, ut videtur Friderico p. 50 (cf. Wuensch l. s. s. p. 136) neque supinum, ut ipse opinatur Wuensch, neque denique sic interpretandum erit cum Birtio p. 926: *quod promisi institutum* (= Werkplan), *principium hoc erit* = *ad id institutum quod promisi,* sed potius cum Stanglio l. s. s. p. 829sq. pleonasmum tolerari posse censeo. — 10, 4 *agris* in proecdosi omissum revocavi. — 10, 9. Cf. praef. p. XIV. — 10, 15. *vel si vino* ⟨*bono vel si vino*⟩ *multo* Hauler. — 11, 14 *uti* quod posuit Keil pro eo quod in libro fuit *ut*

retinere nolui, cum plura sint exempla brevioris formae quam quae removere audeam: quae collegit Krumbiegel in indice suo utilissimo. — 12, 19. De verbis *bene posiveris* egit nuper Sven Lilliedahl ('Philol. Wochenschr.' a. 1922 p. 186): ex cuius disputatione didici etiam Lundstroemium ('Eranos' XV p. 209sq.) rem tetigisse. Quorum cum uterque *bene posiveris* ad apodosin pertinere censeat, hic 'pecuniam tuam bene posueris' interpretatur, ille 'eo demum efficitur, ut bene ponatur villa'. Mihi Keilii sententiam secuto videbatur Cato hoc dicere velle: si in boni praedii regione bona bene villam aedificaveris, si igitur recte in ea habitaveris, libentius et saepius rus venies.
13, 26sq. *ne ares* cum Plinio om. Weise p. 123. — 14, 11. verba *id maxime seri oportet* om. idem cum Varrone I 23, 7, vix recte. — 14, 19. *calido* toleravi cum Haulero p. 13; at cf. Keil ad h. l. p. 22 commentarii. *si in loco crasso aut calido posueris* Varro I 24, 2. — 15, 9. *vitem, compluria* ⟨*genera*⟩: Hauler. — *vino*, quod Varro non legisse videtur, nescio an spectet ad *vinaces*. — 15, 11. *densa* quid sit incertum est: voluitne *in densa loca* = *in crassa loca?* — 15, 13. Cf. Macrob. VII 6, 13. — 15, 18sq. *quompluria* coll. Cat. orat. 51 et Plaut. Stich. 198 Hauler. — 15, 21 *confricato* Varro I 60, ubi corr. Ursinus. — 16, 14. Verba *Quomodo . . . oporteat* in textu posuit Schneider. — 17, 13. *farrearium* quod in codice fuit dubitanter revocavi. — 17, 17. Verba *Quo modo — oporteat* omissa in codice in initio collocavit ex rubrica Schneider. — 18, 7. Apud Varronem in mea editione ad I 22, 5 post *sirpiculae V* verba *silvaticae V* errore omissa esse nunc vidi. — 18, 11sq. Cf. p. XIII. — 18, 19. *constibilis* firmavit Hauler 'Arch. f. lat. Lexicogr.' I p. 582sq. — 19, 7. Pro *cetera* Merula *certa* proposuit. — 19, 14. *clatros in fenestras maioris lumina VI bipedalis X* tutatur Hauler (= 'für größere Fenster mit 6 Lichtöffnungen'). — 19, 19. *materiam* tutatur idem; at cf. Keil comment. p. 22. — 22, 32. *eo plumbum effundere caveat* Keil; cf. p. 23, 3. — 23, 4. De *cunicas* cf. Hauler 'Arch. f. lat. Lexicogr.' I p. 585. — 24, 27. *picentur dolia quae opus sunt picentur* Bannier Mus. Rhen. LXIX a. 1914 p. 494. — 24, 29. *maenae eluantur* Sauppe Var. lect. 13. — 25, 25. *lorea* per se bonum est;

v. Gell. X 23, 2; Corp. gloss. lat. VI p. 720. Sed cf. p. 15, 11; 37, 10. — 27, 12. *post meridie sine vento* tutatur Skutsch, 'Kl. Schr.' p. 206 et postulat c. XL contra librum optimum. Idem I 3 *in meridie* corrigit. Cf. p. 167. — 27, 19. ⟨*per*⟩ *sulcos* Hauler. — 28, 17. *expellito* tutatur Loefstedt 'Peregr. Aeth.' p. 267. — 31, 8. Cf. p. XII. — 32, 21. *in obliquum* Plinius. — 33, 30. *uti exstet* Hauler. — 34, 13. *summam taleam* potius eam significare quam nos *imam* vocare consuevimus propter locum simillimum Geoponicorum (IX 5, 7) post Schneiderum adnotavit Reuther p. 49. Item saepius *capita* dicit Cato, ubi radices potius exspectamus, quod ipsum Columella XI 2, 29 et Plinius XVII 263 habent. — 36, 21. De figura ἀπὸ κοινοῦ fortasse recte cogitat Baehrens 'Beitr. z. lat. Synt.' p. 236. — 38, 1. De numero post *pondo* non satis constat; IↃXX Keil edidit; cf. comment. ad hunc locum. — 39, 9. Cap. 112, 1 confert Hauler. — 40, 1. Cf. p. XI. — 40, 22. *vase* Hauler p. 14 tutatur, bonum per se, at quattuor versibus post *vaso ligneo* legitur. Ablativum in *o* etiam postea in usu vulgari fuisse docuit Diels ('Sitzungsberichte der Pr. Ak. d. W.' 1922 p. 54). — 43, 10sqq. Cf. Wissowa 'Rel. und Kult. d. R.' p. 214². — 45, 10. Pro *poterit* exspectes *poteris;* nisi vero singulari ratione dices *poterit* = *pote erit* impersonaliter infinitivum regere. — 45, 24. Cap. LXXXXIII cum Geopon. IX 10, LXXXXVI cum Geopon. XVIII 15, LXXXXIV cum Geopon. X 48, 4, CXIV et CXV cum Geopon. VIII 18, CXXVI cum Geopon. VIII 20 Reuther p. 4, 7, 12, 13 contulit. — 46, 4. Cf. Friderici l. s. s. p. 73. — 47, 18. De *morsum* cf. Hauler 'Arch. f. lat. Lexicogr.' I p. 583. — 48, 16. Cf. Friderici l. s. s. p. 73. — 50, 4. *Desciderit* = *desiderit* (ita Keil in comment. et in ed. minore) scribendi ratione Italis illo tempore consueta; cf. inter alios Monaci Crestomazia ital. dei primi secoli p. 581. Similia in codicibus Plauti leguntur (*scit* pro *sit*, *scimia* pro *simia*). Cf. commentationem meam de Attonis poliptico scriptam (Sächs. Acad. XXXVII 2 a. 1922 p. 13). — 50, 24. *vinum* tutatur Bannier Mus. Rh. LXIX a. 1914 p. 508. — 55, 8. *hasce* priscum esse nominativum (cf. Hauler p. 24) mihi persuadere non potui; *haece* cum Popma ne scribas, *fabam* scriptura impedit. — 55, 27. De rubrica cf. Friderici p. 73. — 56, 26. Delevi *et* post *P. II*

a Keilio additum; item post *P. III* p. 57, 2: utroque loco idem numerus est in fractura et in numero non fracto (ut p. 56, 28 *pes unus digitus unus*); contra p. 56, 29 *P. III et digitos V* est, p. 56, 30 *P. I et digitos III;* p. 57, 3 *P. I et digitos II.* Aliter se habent *pedem et palmum* p. 56, 25 (cf. p. 33, 6); *P. IIII et palmum* p. 56, 27; *P. IIII S* et *P. III S* p. 56, 24. — 57, 19—58, 22 vertit Sam Wide 'Einleitung in die Altertumswissenschaft' II p. 269sqq., 58, 10—58, 22 Norden 'Antike Kunstprosa' p. 157, interpretatur Bickel 'Der altröm. Gottesbegriff' p. 75sqq. post Deubnerum 'Arch. f. Rel.' XVI 128, Reitzenstein 'Festschr. zur 46. Vers. deutscher Philol.' p. 152sq., habet E. Diehl 'Poet. Rom. vet. rel. p. 3 (qui *duonam* exspectat). — 58, 8. Keilii supplementum removi, cum ne sic quidem verba leniter profluant. — 59, 10. *neve domum [neve] ad* adfertur apud Teuffelium I[6], p. 227. — 59, 27—63, 13 sextae editioni libri Brunsiani 'Font. iur. Rom. ant.' inseruit Mommsen a. 1893, cuius discrepantiam modo in apparatu modo hoc loco enotavi. — 60, 7. *resolvito id viri boni arbitratu ⟨aut⟩ deducetur* Mommsen. — 60, 8sq. '*et strictores* delendum' Mommsen. — 60, 15. 'id est opinor *ne quis conductor paciscatur cum alio, ut a conducendo abstineat*' Mommsen. — 60, 20. Cf. p. XI. — 60, 26. *sex iugis vasis si opus erit* coll. c. 10, 2 *(vasa olearia instructa iuga quinque)* Mommsen. — 60, 27. Cf. p. XII. — 60, 28. 'Fortasse ins. *non erunt eo numero ad quem*' Mommsen. — 62, 11. *primas, si non ante acceperit. Dominus* Mommsen. — 62, 14. Cf. p. XIII. — 62, 18. *fines dicito* Mommsen. — 62, 28. *pecunia satis fecerit* malit Mommsen. — 63, 6. *vixerit. In fructum* (fuit fere: *In fructum ⟨Kal. Iun. emptor veniat⟩ et*) . . . Mommsen. — 65, 31sqq. Contulit haec cum Oribasio I 278 Reuther cap. II (cui videtur Graecum fontem adhibuisse Cato, commentarius autem qui exstat non ubique genuinam Catonis formam prae se ferre). — 67, 8sq. *Bis ⟨in⟩ die* utroque loco Keil; idem in eadem paragrapho (v. 3) praecedit; tamen exemplis non tantam vim tribuo, ut duo quae praeterea exstant mutem. — 68, 7. *experirus* scripturam obscurare nolui, utut est suspecta. Cf. Friedrich ad Catull. c. 21, 6, Vetter ('Wien. Stud.' 24 p. 534sqq.), Sommer[2] p. 494; *uterus* pro

uteris A habet v. 5. — 70, 11 sqq. De his formulis quas edidi cum Keilio ut inveni etiam Hauler p. 27 sq. pluribus egit; is *mota sueta daries dardaries astataries* et *huat huat huat ista pista sista dannabo danna ustra* propter triplicationem praeferenda censet et aliorum populorum carmina magica post alios conferri iussit. — 70, 17. *tetigerint* intactum reliqui; praecedit *coierint.* Cf. Thes. l. l. 1746, 27. — 71, 22. Cf. Friderici p. 73.

Sed satis nunc sit adnotationum. Unum est quod gratissimo animo addere lubeat: his plagulis antequam prelo submitterentur intentos oculos et curam adhibuisse collegas Ienenses mecum coniunctissimos, Carolum Barwick et Fridericum Zucker: quibus quod tertium se adiunxit Edmundus Hauler Vindobonensis, vir de Catonis opusculo purgando optime meritus, gaudebunt qui ipsas has adnotationes perlustrabunt.

Scripsi Ienae mense Martio a. MDCCCCXXII.

Georgius Goetz.

M. CATONIS
DE AGRI CVLTVRA LIBER

Pol. = *lectiones codicis Marciani ab Angelo Politiano in principe editione (a. 1471) adnotatae*

V *lectiones editionis principis a Politiano non correctae*

v *lectiones eiusdem editionis correctae a Politiano*

Praeter has lectiones Victorii testimonia (ed. Lugdun. a. 1541) diligenter adscripta sunt.

Accedunt vetustissimi libri apographa haec:

Cod. Parisinus 6884 A saec. XII/XIII (= A)

Cod. Laurentianus 51, 2 saec. XV (= b)

Cod. Caesenas bibliothecae Malatestianae 24, 2 (= c)

Cod. Laurentianus 51, 1 saec. XV (= f).

Cod. Laurentianus 30, 10 saec. XIV (= m)

CAPITVLA

I Quo modo agrum emi pararique oporteat
II Patris familiae officia
III Auctionem uti faciat
IIII Prima adulescentia agrum conserere oportere
V Villam rusticam uti aedificatam habeat
VI Bubilia uti bene aedificata habeas
VII Vilici officia
VIII Agrum quibus locis conseras
VIIII De fundo suburbano
X Ficos quo loco seras
XI Salicta locis aquosis
XII Quo modo ole⟨t⟩um agri iug.CCXL instruere oporteat
XIII Quo modo ⟨vineae⟩ iug. C instruere oporteat
XIIII Quo modo vasa torcula quinque iuga instruere oporteat
XV Quo modo torcularium et cellam oleariam parare oporteat
XVI In cella olearia quae opus sint
XVII Villam aedificandam si[cut] locabis
XVIII De maceriis aedificandis
XVIIII Calcem partiario locandam

---

1 *Sine inscriptione* (Marci Catonis prisci de re rustica libri capita V) | *Numeros capitulorum om.* c *et Vict. add.* VA || 3 familiae (familias V familiae *apogr. et Vict.*) || 8 Vilici A Villici V || 13 *add. Vict.* || 14 Quõ iug. CC instituere oporteat *Pol. et* A, *nisi quod* instruere A Quomodo uineae iug. C instruere oporteat *rubr. cap. XI; item nisi quod* instituere *Vict.* || 15 Quomodo uasa torcula quinque iuga instruere oporteat A *et Vict. om.* Vc || 19 opus sint (opus sunt *Pol.* c opus sint A *et Vict.*) 20 si locabis *Vict.* sicut locabis *Pol.* si atlocabis A *om.* c

XX Materies quid anni tempestiva sit
XXI Torcularium si aedificare voles
XXII In vasa vinaria stipites
XXIII Trapetum quo modo concinnari oporteat
XXIIII Cupam quo modo aedifices
XXV Trapetum quo modo aedifices
XXVI Ad vindemiam quae opus sunt ut parentur
XXVII Vinum Graecum quo modo fiat
XXVIII Vva cocta ut servetur
XXVIIII Vindemia facta ut vasa torcula subligentur
XXX Sementim ut facias
XXXI Oleas et reliqua semina cum seres, quo modo ser
XXXII Stercus ut dividas
XXXIII Bubus frondem
XXXIIII Ad oleam cogendam quae pares
XXXV Vineae arboresque ut matur[a]e putentur
XXXVI Vinea ut curetur
XXXVII Salictum ut suo tempore caedatur
XXXVIII De sementi facienda
XXXVIIII De agro rubricoso
XL De faba et vicia siligine hordeo, ubi serantur
XLI Quae segetem stercorent
XLII Quae mala in segete sint
XLIII De vinea et arboribus putatis
XLIIII De fornace calcaria
XLV Si ligna et virgas non poteris vendere
XLVI Vbi tempestates malae erunt, quid fieri possi
XLVII Per ver quae fiant
XLVIII Insitio vitis et aliarum rerum
XLVIIII Ficos et oleas alio modo
L Sulcos quo modo facias
LI Vitibus sulcos propaginesque
LII Olea quo tempore putetur
LIII De taleis oleagineis
LIIII Seminarium quo modo fiat

---

1 sit v est || 5 Cupam (Cupam trapeti *Pol.* Cuppa trapeti v 6 Trapetum quomodo aedifices A *in margine*, c *et Vict.* *Pol.* || 7 sunt v sint || 18 caedatur (seratur *Pol.* cedatur *apo* caedatur *Vict.*) || 21 seligine || 25 calcaria *apogr. et Vict.* carea V || 31 facias (fodias *Pol.* facias *apogr. et Vict.*)

---

17 Quod ‖ 22 torculario (torculari *Pol.* torculario *apogr. et Vict.*) | erit (erunt V erit *apogr. et Vict.*) ‖ 28 detur *apogr. et Vict. om.* V ‖ 35 Encytum *apogr. et Vict.* Encitum V ‖ 36 Erneum *apogr. et Vict.* Herneum V

LXXXXI Spaeritam sic facito
LXXXXII Votum pro bubus
LXXXXIII Savillum sic facito
LXXXXIIII Pultem Punicam sic facito
LXXXXV Graneam triticeam sic facito
LXXXXVI Amulum sic facito
LXXXXVII Salem candidum sic facito
LXXXXVIII Gallinas et anseres sic farcito
LXXXXVIIII Palumbum recentem sic farcito
C Aream sic facito
CI Frumento ne curculio noceat
CII Olea si fructum non fert
CIII Fici uti grossos teneant
CIIII Involvolus in vinea ne sit
CV Oves ne scabrae fiant
CVI Amurca axem unguito
CVII Vestimenta ne tiniae tangant
CVIII Fici aridae ut integrae sint
CVIIII Oleum si in metretam addes
CX Virgas murteas uti serves, item aliud genus
CXI Si bovem aut aliam quadrupedem serpens momorderit
CXII Boves uti valeant
CXIII Vinum familiae per hiemem qui utatur
CXIIII Qui ager a mari aberit, ibi vinum graecum sic facito
CXV Aquae marinae concinnatio
CXVI Quo labra doliorum circumlinas, ut bene odorata sint
CXVII Vinum si voles experiri duraturum sit necne
CXVIII Vinum asperum quod erit lene et suave si voles facere, quid facias
CXVIIII Vt odorem malum eximas de vino, quid facere debeas
CXX Si voles scire vinum aquam habeat necne, quid facere debeas

---

1 Speritam *apogr. et Vict.* Spaericam **V** ‖ 14 Inuoluolus (Conuoluolus *Pol.* Conuoluulus v Inuoluolus *apogr. et Vict.*) ‖ 15 scabrae v scabiae ‖ 32 quid facias *apogr. et Vict.* quam facias *Pol.*

---

1 q. a. m. *Vict.* quam facias ‖ 3 atri *Vict.* acri ‖ 8 *del. Keil* 10 q. a. m. ex oliuis facias *om.* **V** *add. apogr. et Vict.* ‖ 21 *add.* v ‖ 28 florente **A** *et Vict.* florenti *Pol.* ‖ 31 porca (porcam **A** *Vict.* porca c *Pol.*)

5 lustrare vis *Vict.* lustraueris ‖ 7 Vilicae officia *om. Pol.* c *postea add.* A ‖ 14 De fructibus ouium uendundis *apogr. et Vict.* Fructus (De fructibus *Pol.*) ouium qua lege uenierit V ‖ 18 admetiaris v *Keil* ‖ 20 quod ‖ 21 deiicere v delicere

M. CATONIS

DE AGRI CVLTVRA LIBER

Est interdum praestare mercaturis rem quaerere, nisi
tam periculosum sit, et item fenerari, si tam honestum
sit. maiores nostri sic habuerunt et ita in legibus posiverunt,
furem dupli condemnari, feneratorem quadrupli.
quanto peiorem civem existimarint feneratorem quam furem,
hinc licet existimare. et virum bonum quom lauda- 2
bant, ita laudabant, bonum agricolam bonumque colonum.
amplissime laudari existimabatur qui ita laudabatur. mer- 3
catorem autem strenuum studiosumque rei quaerendae
existimo, verum, ut supra dixi, periculosum et calami-
tosum. at ex agricolis et viri fortissimi et milites strenuis- 4
simi gignuntur, maximeque pius quaestus stabilissimus-
que consequitur minimeque invidiosus, minimeque male
cogitantes sunt qui in eo studio occupati sunt. nunc ut ad
rem redeam, quod promisi institutum principium hoc erit.

Praedium quom parare cogitabis, sic in animo habeto, [I
uti ne cupide emas neve opera tua parcas visere et ne
satis habeas semel circumire. quotiens ibis, totiens magis
placebit quod bonum erit. vicini quo pacto niteant, id ani- 2
mum advertito: in bona regione bene nitere oportebit. et
u[i]ti eo introeas et circumspicias, uti inde exire possis.
uti bonum caelum habeat, ne calamitosum siet, solo bono,
sua virtute valeat. si poteris, sub radice montis siet, in 3
meridiem spectet, loco salubri, operariorum copia siet,

1 *Sine inscriptione* (Marci Catonis prisci de re rustica liber V) ‖ 4 *Quaedam deesse conicit Leo: cf. praef.* ‖ 9. 10 *Cf. Plin. 18, 11* ‖ 14 *Cf. Plin. 18, 26* ‖ 19 R. I Quomodo agrum emi parique oporteat | *Cf. Plin. 18, 26—29; Colum. 1, 4, 1* ‖ 20 operae *Plin. 18, 26* ‖ 24 *del. apographa Italorum* ‖ 25 *Cf. Plin. 18, 28* ‖ 26 *Cf. Varr. 1, 7, 1; Plin. 17, 36*

bonumque aquarium, oppidum validum prope siet [si] aut mare aut amnis, qua naves ambulant, aut via bona celebrisque.
4 siet in his agris, qui non saepe dominos mutant: qui in his agris praedia vendiderint, eos pigeat vendidisse. uti bene aedificatum siet. caveto alienam disciplinam temere contemnas. de domino bono colono bonoque aedificatore melius emetur. ad villam cum venies, videto, vasa torcula
5 et dolia multane sient: ubi non erunt, scito pro ratione fructum esse. instrumenti ne magni siet, loco bono siet. videto, quam minimi instrumenti sumptuosusque ager ne
6 siet. scito idem agrum quod hominem, quamvis quaestuo-
7 sus siet, si sumptuosus erit, relinqui non multum. praedium quod primum siet, si me rogabis, sic dicam: de omnibus agris optimoque loco iugera agri centum, vinea est prima, [vel] si vino ⟨bono et⟩ multo est, secundo loco hortus inriguus, tertio salictum, quarto oletum, quinto pratum, sexto campus frumentarius, septimo silva caedua, octavo arbustum, nono glandaria silva.

II] Pater familias ubi ad villam venit, ubi larem familiarem salutavit, fundum eodem die, si potest, circumeat; si non eodem die, at postridie. ubi cognovit, quo modo fundus cultus siet operaque quae facta infectaque sient, postridie eius diei vilicum vocet, roget, quid operis siet factum, quid restet, satisne temperi opera sie⟨n⟩t confecta, possitne quae reliqua sient conficere, et quid factum vini, frumenti
2 aliarumque rerum omnium. ubi ea cognovit, rationem inire oportet operarum, dierum. si ei opus non apparet, dicit vilicus sedulo se fecisse, servos non valuisse, tempestates malas fuisse, servos aufugisse, opus publicum effecisse, ubi eas aliasque causas multas dixit, ad rationem operum
3 operarumque vilicum revoca. cum tempestates pluviae fuerint, quae opera per imbrem fieri potuerint, dolia lavari, picari, villam purgari, frumentum transferri, stercus

---

1 *del. Iuc.* | *Cf. Gell. 10, 26, 8* || 4 eos *Gronov.* quos 9 *Verba* instrumenti ... bono siet *del. Pontedera* || 13 *Cf. Varr. 1, 7, 9* || 15 *del. et add. Leo ex Varr. l. s. s.* (si vino bono vel si vino multo *praeivit Ursino duce Keil*) || 16 *Cf. Plin. 16, 176* || 19 R. II Patris familiae (familias Vb familiae A *et Vict.*) officia | *Cf. Colum. 1, 8, 20* || 21 ad postridie || 22 operaque quae facta *Iuc.* opera quaeque facta || 24 *add. Iuc.* || 28 sedolosa fecisse (sedulo se fecisse V)

foras efferri, stercilinum fieri, semen purgari, funes sarciri, novos fieri; centones, cuculiones familia⟨m⟩ oportuisse sibi sarcire. per ferias potuisse fossas veteres ter- 4
geri, viam publicam muniri, vepres recidi, hortum fodiri, pratum purgari, virgas vinciri, spinas runcari, expinsi far, munditias fieri. cum servi aegrotarint, cibaria tanta dari non oportuisse. ubi ⟨ea⟩ cognita aequo animo sint, qua[u]e 5
reliqua opera sint curare uti perficiantur: rationes putare argentariam, frumentariam, pabuli causa quae parata sunt; rationem vinariam, oleariam, quid venierit, quid exactum siet, quid reliquum siet, quid siet quod veneat: quae satis accipiunda sint, satis accipiantur: reliqua quae sint uti 6
conpareant. siquid desit in annum, uti paretur: quae supersint, ut veneant: quae opus sint locato, locentur: quae opera fieri velit et quae locari velit, uti imperet et ea scripta relinquat. pecus consideret. auctionem uti faciat: 7
vendat oleum, si pretium habeat, vinum, frumentum quod supersit vendat: boves vetulos, armenta delicula, oves deliculas, lanam, pelles, plostrum vetus, ferramenta vetera, servum senem, servum morbosum, et siquid aliut supersit, vendat. patrem familias vendacem, non emacem esse oportet.

Prima adulescentia patrem familiae agrum conserere [III
studere oportet. aedificare diu cogitare oportet, conserere cogitare non oportet, sed facere oportet. ubi aetas accessit ad annos XXXVI, tum aedificare oportet, si agrum consitum habeas. ita aedifices, ne villa fundum quaerat ⟨neve fundus villam⟩. patrem familiae villam rusticam bene aedi- 2
ficatam habere expedit, cellam oleariam, vinariam, dolia multa, uti lubeat caritatem expectare: et rei et virtuti et

---

1 stercilinum *Vict. in explicationibus et apographa nonnulla* (stercilinium *Pol.* **Ab** sterquilinium v) ‖ 2 *add.* v ‖ 3 *Cf. Colum. 2, 21, 3* ‖ 5 far *Vict. et coniectura Pol.* lar ‖ 7 ea *add. Keil (cf. 10, 26)* haec *Iuc.* | quaue (quaeue c que b) reliqua **Abc** quae **V** queue **mf** ‖ 10 oliariam ‖ 14 uti *Keil* ‖ 15 uti imperet *apogr. et Vict.* ut imperet *Pol.* ‖ 16 R. III Auctionem uti faciat. Auctionem ‖ 20 *Cf. Plut. Cat. c. 4* ‖ 21 *Cf. Plin. 18, 30; Diom. p. 368, 26* ‖ 23 R. IIII Prima adolescentia agrum conserere oportet | *Cf. Plin. 18, 31; Colum. 1, 4, 8* ‖ 27. 28 neve fundus villam *add. Iuc. ducibus Columella 1, 4, 8 et Plin. 18, 32; cf. praef.* R. V Villam rusticam uti aedificatam habeat. Patrem

gloriae erit. torcularia bona habere oportet, ut opus bene effici possit. olea ubi lecta siet, oleum fiat continuo, ne corrumpatur. cogitato quotannis tempestates magnas ve-
3 nire et oleam deicere solere. si cito sustuleris et vasa parata erunt, damni nihil erit ex tempestate et oleum viri-
4 dius et melius fiet. si in terra et tabulato olea nimium diu erit, putescet, oleum fetidum fiet. ex quavis olea oleum
5 viridius et bonum fieri potest, si temperi facies. in iugera oleti CXX vasa bina esse oportet, si oletum bonum beneque frequens cultumque erit. trapetos bonos privos inpares esse oportet, si orbes contriti sient, ut conmutare possis, funes loreos privos, vectes senos, fibulas duodenas, medipontos privos loreos. trochileas Graecanicas binis funibus sparteis
6 ducunt: orbiculis superioribus octonis, inferioribus senis citius duces: si rotas voles facere, tardius ducetur, sed mi-
IIII] nore labore. bubilia bona, bonas praesepis Faliscas clatratas, clatros interesse oportet pede. si ita feceris, pabulum boves non eicient. villam urbanam pro copia aedificato. in bono praedio si bene aedificaveris, bene posiveris, ruri si recte habitaveris, libentius et saepius venies: fundus melius erit, minus peccabitur, fructi plus capies. frons occipitio prior est: vicinis bonus esto; familiam ne siveris peccare. si te libenter vicinitas videbit, facilius tua vendes, opera[s] facilius locabis, operarios facilius conduces: si aedificabis, operis, iumentis, materi[a]e adiuvabunt: siquid bona salute usus venerit, benigne defendent.

V] Haec erunt vilici officia. disciplina bona utatur. feriae serventur. alieno manum abstineat, sua servet diligenter. litibus familia supersedeat: siquis quid deliquerit, pro noxa
2 bono modo vindicet. familiae male ne sit, ne algeat, ne esuriat: opere bene exerceat, facilius malo et alieno prohibebit. vilicus si nolet male facere, non faciet. si passus

---

3 quod annis A quot annis V *et apographa recentiora* ‖ 7 ex *cod. Medic.* m *et corr.* A et ‖ 8 viridius et *deleri iussit Keil; tutatur Hauler p. 12* ‖ 14 ducunt *Keil* ducant | orbiculis v urbiculis ‖ 15 ducentur v ‖ 16 R. VI Bubilia uti bene aedificata habeas. Bubilia ‖ 19 *Cf. Plin. 18, 31; 44* ‖ 21 melius *apographa recentiora et Vict.* melior VA, *Keil* ‖ 24 *del. Schneid.* ‖ 27 R. VII Vilici officia | *Cf. Plin. 18, 36; Colum. 1, 8* ‖ 29 familia *Pol.* A familiae *apographa recentiora* ‖ 30 *Cf. Plin. 18, 44*

erit, dominus inpune ne sinat esse. pro beneficio gratiam referat, ut aliis recte facere libeat. vilicus ne sit ambulator, sobrius siet semper, ad cenam nequo eat. familiam exerceat, consideret, quae dominus imperaverit fiant. ne plus censeat sapere se quam dominum. amicos domini, 3 eos habeat sibi amicos. cui iussus siet, auscultet. rem divinam nisi Conpitalibus in conpito aut in foco ne faciat. iniussu domini credat nemini: quod dominus crediderit, exigat. satui semen, cibaria, far, vinum, oleum mutuum dederit nemini. duas aut tres familias habeat, unde utenda roget et quibus det, praeterea nemini. rationem cum do- 4 mino crebro putet. operarium, mercen⟨n⟩arium, politorem diutius eundem ne habeat die. nequid emisse velit insciente domino, neu quid dominum celavisse velit. parasitum nequem habeat. haruspicem, augurem, hariolum, Chaldaeum nequem consuluisse velit. segetem ne defrudet: nam id infelix est. opus rusticum omne curet uti sciat facere, et id faciat saepe, dum ne lassus fiat: si fecerit, scibit in mente 5 familiae quid sit, et illi animo aequiore facient. si hoc faciet, minus libebit ambulare et valebit rectius et dormibit libentius. primus cubitu surgat, postremus cubitum eat. prius villam videat clausa uti siet, et uti suo quisque loco cubet et uti iumenta pabulum habeant.

Boves maxima diligentia curatos habeto. bubulcis op- 6 sequito partim, quo libentius boves curent. aratra vomeresque facito uti bonos habeas. terram cariosam cave ne ares, neve plostrum neve pecus inpellas. si ita non caveris, quo inpuleris, trienni[i] fructum amittes. pecori et bu- 7 bus diligenter substernatur, ungulae curentur. scabiem pecori et iumentis caveto: id ex fame et si inpluit fieri solet. opera omnia mature conficias face. nam res rustica sic est, si unam rem sero feceris, omnia opera sero facies. stramenta si deerunt, frondem iligneam legito, eam substernito ovibus bubusque. stercilinum magnum stude ut 8

---

11 praeterea (praeter eas V praeterea *apogr. et Vict.*) || 12 putet (paret **V** patet *corr.* putet **A** putet *apographa recentiora*) || 16 *Cf. Plin. 18, 200* || 24 opsequito *et s. scr.* l' tor *Pol.* obsequitor *apogr.* || 26 *Cf. c. 34, 2; 37, 1; Plin. 17, 34* || 27 plostrum *Iuc.* plaustrum || 31 *Cf. Plin. 18, 44* || 34 stercilinum **A** stercilinium *Pol. et apogr. recentiora* sterquilinium v

habeas. stercus sedulo conserva: cum exportabis, purgato et conminuito; per autumnum evehito. circum oleas autumnitate ablaqueato et stercus addito. frondem populneam, ulmeam, querneam caedito per tempus: eam condito non peraridam, pabulum ovibus. item faenum cordum, sicilimenta de prato, ea arida condito. post imbrem autumnum rapinam, pabulum lupinumque serito.

VI] Agrum quibus locis conseras, sic observari oportet. ubi
ager crassus et laetus est sine arboribus, eum agrum fru-
mentarium esse oportet. idem ager si nebulosus est, rapa,
raphanos, milium, panicum, id maxime seri oportet. in
agro crasso et caldo oleam conditivam, radium maiorem,
Sallentinam, orcitem, poseam, Sergianam, Colminianam, al-
bicerem, quam earum in iis locis optimam dicent esse, eam
maxime serito. hoc genus oleae in XXV aut in XXX pedes
2 conserito. ager oleto conserundo, qui in ventum favonium
spectabit et soli ostentus erit, alius bonus nullus erit. qui
ager frigidior et macrior erit, ibi oleam Licinianam seri
oportet. si in loco crasso aut calido severis, hostus ne-
quam erit et ferundo arbor peribit et muscus ruber mo-
3 lestus erit. circum coronas et circum vias ulmos serito et
partim populos, uti frondem ovibus et bubus habeas, et
materies, siquo opus sit, parata erit. sicubi in iis locis ri-
pae aut locus umectus erit, ibi cacumina populorum serito
et harundinetum. id hoc modo serito: bipalio vortito, ibi
oculos harundinis pedes ternos alium ab alio serito. ibi
4 corrudam serito, unde aspar⟨a⟩gi fiant. nam convenit ha-
rundinetum cum corruda, eo quia foditur et incenditur et
umbram per tempus habet. salicem Graecam circum harun-
dinetum serito, uti siet qui vineam alliges.

Vineam quo in agro conseri oporte⟨a⟩t, sic observato. qui locus vino optimus dicetur esse et ostentus soli, Amin-

---

2 comminuito (communito V) | *Cf. c. 29; Plin. 17, 127* || 3 *Cf. Plin. 16, 92* || 8 R. VIII Agrum quibus locis conseras | *Cf. Varr. 1, 23 sqq.; Plin. 18, 163* || 12 *Cf. Plin. 15, 20* || 15 in *post* aut *om.* V *add. apogr. et Vict.* | *Cf. Plin. 17, 93* || 16 nisi qui *ex Varr. 1, 24 Keil; cf. praef.* || 19 si in **A m c** sin in **V b f** | caldo *Iuc., Keil* || 20 *Cf. Plin. 17, 223* || 23 materies *Varro 1, 24.* materia *Cf. Plin. 16, 173; 19, 145* | 25 prius *ante* bipalio *apud Catonem legisse videntur Keilio Varro 1, 24, 4 et Plin. 16, 173; cf. praef.* 27 *add.* v || 31 *add. Keil duce Varrone 1, 25* | *Cf. Plin. 14, 46*

nium minusculum et geminum eugen[a]eum, helvolum minusculum conserito. qui locus crassus erit aut nebulosior, ibi Aminnium maius aut Murgentinum, Apicium, Lucanum serito. ceterae vites, miscellae maxime, in quemvis agrum conveniunt.

Fundum suburbanum arbustum maxime convenit ha- [VII
bere: et ligna et virgae venire possunt, et domino erit qui utatur. in eodem fundo suum quidquid conseri oportet: vitem †cōpularia Aminnium minusculum [vino] et maius et
Apicium: uvae in olla in vinace⟨i⟩s conduntur: eadem in 2
sapa, in musto, in lora recte conduntur. quas suspendas duracinas Aminnias maiores, vel ad fabrum ferrarium pro
passis ea⟨e⟩ recte servantur. poma, mala strutea, Cotonea 3
Scantiana, Quiriniana, item alia conditiva, mala mustea et Punica (eo lotium suillum aut stercus ad radicem addere oportet, uti pabulum malorum fia[n]t), pira volaema, Ani-
ciana [et] sementiva (haec conditiva in sapa bona erunt), 4
Tarentina, mustea cucurbitiva, item alia genera quam plurima serito aut inserito. oleas orc[h]ites, posias: eae optime conduntur vel virides in muria vel in lentisco contusae, vel orcites ubi nigrae erunt et siccae, sale confriato dies V: postea salem excutito, in sole ponito biduum, vel sine sale in defrutum condito. sorba in sapa condere vel sic-
care: arida facias. item pira facias. ficos mariscas in [VIII
loco cretoso et aperto serito: Africanas et Herculaneas, Sacontinas, hibernas, Tellanas atras pediculo longo, eas in

---

1 *om. Varro 1, 25* ‖ 2 crassior *ex Varrone et Plinio Keil; sed cf.* '*Berl. ph. W.*' *a. 1894 p. 1099, Hauler p. 13* ‖ 6 R. VIIII De fundo suburbano ‖ 9. 10 *Cf. Varro 1, 58* (Cato ait uvam aminneam minusculam et maiorem et apiciam in ollis commodissime condi) ‖ 9 vitium ⟨genera⟩ conpluria *Keil; cf. praef.* | vinum *Keil* malus (maius A) ‖ 10 uvae *Keil* eae | *add.* v *ex Plin.* ‖ 11 '*in marginibus vetusti codicis erat hoc verbum* densa, *at intus* lora' *Pol., cf. praef.* ‖ 12 aminneas ‖ 13 *add. Vict.* | *Cf. c. 143* 14 quiriana *Plin. 15, 50* ‖ 16 pabulum *cod. Medic.* m fabulim *del. Gesner* | *Cf. Plin. 15, 56* ‖ 16. 17 aniciana sementiva *Varro 1, 59.* aniciana et sementiua (sementina V sementiua *apogr. et Vict.*) ‖ 18. 19 quam plurima *Iuc.* quam pluris | *del. Varro 1, 60 Cf. Plin. 15, 21* ‖ 21 orcites (orchites V) | dies V (dies II *Pol. et apogr. rec.* dies ·u· A dies V *Vict.* dies quinque *Varro*) ‖ 23 sorua *Cf. Plin. 15, 85* ‖ 24 R. X Ficos quo loco seras | *Cf. Plin. 15, 72*

loco crassiore aut stercorato serito. pratum si inrigivum habebis, si non erit siccum, ne faenum desiet, summittito.
2 sub urbe hortum omne genus, coronamenta omne genus, bulbos Megaricos, murtum coniugulum et album et nigrum, loream Delphicam et Cypriam et silvaticam, nuces calvas, Abellanas, Praenestinas, Graecas, haec facito uti serantur. fundum ⟨sub⟩urbanum, et qui eum fundum solum habebit, ita paret itaque conserat, uti quam sollertissimum habeat.

VIIII] Salicta locis aquosis, umectis, umbrosis, propter amnes ibi seri oportet; et id videto uti aut domino opus siet aut ut vendere possit. prata inrigiva, si aquam habebis, id potissimum facito: si aquam non habebis, sicca quam plurima facito. hoc est praedium quod ubi vis expedit facere.

X] Quo modo oletum agri iugera CCXL instruere oporteat. vilicum, vilicam, operarios quinque, bubulcos III, asinarium I, subulcum I, opilionem I, summa homines XIII: boves trinos, asinos ornatos clitellarios qui stercus vectent
2 tris, asinum ⟨molarium⟩ I, oves C: vasa olearia instructa iuga V, ahenum quod capiat Q. XXX, operculum aheni, uncos ferreos III, urceos aquarios III, infidibula II, ahenum quod capiat Q. V, ⟨operculum aheni,⟩ uncos III, labellum pollulum I, amphoras olearias II, urnam quinquagenariam unam, trullas tris, situlum aquarium I, pelvim I, matellionem ⟨I⟩, trullium ⟨I⟩, scutriscum ⟨I⟩, matellam ⟨I⟩, nassiternam ⟨I⟩, trullam ⟨I⟩, candelabrum ⟨I⟩, sextarium ⟨I⟩: plostra maiora III, aratra cum vomeribus VI, iuga cum
3 loris ornata III, ornamenta bubus VI: irpicem I, crates stercerarias IIII, sirpeas stercerarias III, semuncias III, instrata

---

1 inrigiuum Acf irrigiuum *P* ‖ 3 *Cf. Plin. 21, 1* ‖ 4 megaricos *Plin. 19, 93* magaricos | *Cf. c. 133; Plin. 15, 122; 127* 5 cypream (cypram *Pol.* cypream *vel* cipream *apogr.*) | *Cf. c. 143; Plin. 15, 90* ‖ 7 *add. Iuc.* ‖ 9 R. XI Salicta locis aquosis ‖ 10 domino *Keil* domum ‖ 14 R. XII Quomodo oletum agri iugera CCXL instruere oporteat | Quomodo—oporteat *post rubr. om. cf. praef. Cf. Varro 1, 18, 1* (oliuetum); *19, 1; 22, 3* ‖ 16 summa h. XIII 18 *add. ex Varrone 1, 19 Meurs.* ‖ 21 *add. ex* 19 *et 11, 2 Keil* 22 pollulum I (I *om. Pol. add. apogr.*) | oliareas | urnam *om.* V *add. apogr.* ‖ 23 matelionem (matellionem Ab matelionem Vcf) ‖ 24—26 (plostra). *numeros add. Keil. om. codex* ‖ 24 scutriscum (unum *add.* V *om. apogr.*) ‖ 25 trullam (truliam V trullam *apogr.*) ‖ 27 irpicem *Beroald.* urpicem | grates stergerarias

asinis III: ferramenta, ferreas VIII, sarcula VIII, palas IIII,
rutra V, rastros quadridentes II, falces faenarias VIII, stramen-
tarias V, arborarias V, securis III, cuneos III, fistulam far-
rariam I, forpicis II, rutabulum I, foculos II: dolia olearia C, 4
labra XII, dolia quo vinacios condat X, amurcaria X, vina-
ria X, frumentaria XX, ⟨labrum⟩ lupinarium I, serias X,
labrum eluacrum I, solium I, labra aquaria II, opercula do-
liis seriis priva: molas asinarias unas et trusatilis unas,
Hispaniensis unas, molilia III, abacum I, orbes aheneos II,
mensas II, scamna magna III, scamnum in cubiculo I, sca-
billa III, sellas IIII, solia II, lectum in cubiculo I, lectos 5
loris subtentos IIII et lectos III: pilam ligneam I, fulloni-
cam I, telam togalem I, pilas II, pilum fabarium I, farrea-
rium I, seminarium I, qui nucleos succernat I, modium I,
semodium I: culcitas VIII, instragula VIII, pulvinos XVI,
operimenta X, mappas III, centones pueris VI.

Quo modo vineae iugera C instruere oporteat. vilicum, [XI
vilicam, operarios X, bubulcum I, asinarium I, salictarium I,
subulcum I, summa homines XVI: boves II, asinos plostra-
rios II, asinum molarium I: vasa torcula instructa III, dolia
ubi quinque vindemiae esse possint culleum DCCC, dolia
ubi vinaceos condat XX, frumentaria XX, opercula doliorum 2
et tectaria priva, urnas sparteas VI, amphoras sparteas IIII,
infidibula II, cola vitilia III, cola qui florem dema[n]t III,
urceos mustarios X: plostra II, aratra II, iugum plostra-
rium I, iugum vinarium I, iugum asinarium I, orbem ahe-
neum I, molile I: ahen[e]um quod capi⟨a⟩t culleum I, oper-
culum aheni I, uncos ferreos III, ahenum coculum quod ca-
piat culleum ⟨I⟩, urceos aquarios II, nassiternam I, pelvim I, 3
matellionem I, trulleum I, situlum aquarium I, scutriscum
⟨I⟩, trullam ⟨I⟩, candelabrum ⟨I⟩, matellam ⟨I⟩, lectos IIII,

2 falces fenarias VIII *cod. Medic.* m falces fenarias ·N· III
4 oliaria ‖ 6 *add. Iuc. ex 11, 3* ‖ 11 solia duo v solla II ‖ 13 to-
galem m iogalem | farrarium b *et Keil* ‖ 15 instragula v instra-
neam
cula ‖ 17 R. XIII Quomodo uineae (uiniae *Pol.* uineae *apogr.*) iu-
gera C instituere (instruere A) oporteat | Quomodo—oporteat
post rubricam om. | *Cf. Varr. 1, 18; 19; 22* ‖ 24 *del. Keil*
27 *om.* v | capit (capiat V capit *apogr. et Vict.*) ‖ 28.29 quod capiat
v quod capeat ‖ 29 *add. Keil* | nassiternam *apogr.* nasiternam
V ‖ 31 *numeros add. Keil ex parte cum* v

scamnum I, mensas II, abacum I, arcam vestiariam I, armarium promptarium I, scamna longa VI, rotam aquariam I, modium praeferratum I, semodium I, labrum eluacrum I, solium ⟨I⟩, labrum lupinarium I, serias X: ornamenta bubus ⟨II⟩, ornamenta asinis instrata III, semuncias III, sportas faecarias III, molas asinarias III, molas trusatilis unas: ferramenta, falces sirpiculas V, falces silvaticas VI, arborarias III, secures V, cuneos IIII, vomeres ⟨II⟩, ferreas X, palas VI, rutra IIII, rastros quadridentes II, crates stercorarias IIII, sirpiam stercorariam I, fa⟨l⟩culas viniaticas XL, fa⟨l⟩culas rustarias X, foculos II, forpices II, rutabulum ⟨I⟩: cor[cu]bulas Amerinas XX, quala sataria vel alveos XL, palas ligneas XL, luntris II, culcitas IIII, instragula IIII, pulvinos VI, oper⟨i⟩menta VI, mappas III, centones pueris VI.

XII] In torcularium quae opus sunt. vasis quinis prela temperata V, supervacanea III, suculas V, supervacaneam I, funes loreos V, subductarios V, melipontos V, troclias X, capistra V, assercula ubi prela sita sient V, serias III, vectes XL, fibulas XL constibilis ligneas, qui arbores conprimat, si dishiascent, et cuneos VI, trapetos V, cupas minusculas X, alveos X, palas ligneas X, rutra ferrea quinque.

XIII] In torcularium in usu quod opus est. urceum I, ahenum quod capiat Q. V, uncos ferreos III, orbem aheneum I, molas *, cribrum I, incerniculum I, securim I, scamnum I, seriam vinariam I, clavem torculari I, lectum stratum ubi duo custodes liberi cubent (tertius servus una cum factoribus uti cubet), fiscinas novas *, veteres *, epidromum ⟨I⟩, pulvinum ⟨I⟩, lucernas *, corium I, craticulas duas, carnarium I, scalas unas.

---

4 *add. Keil cum* V ‖ 5 *add. Pont.* ‖ 6 trusatilis unas v unas trusatilis ‖ 7 silvaticas V *Varro 1, 22, 5* ‖ 8 *add. Pont.* ‖ 10 *add. Turnebus Advers. 7, 23 duce Varrone 1, 22, 5* ‖ 11 forpices *apogr. et Vict.* forcipes V | *add. Keil* ‖ 12 *del.* v ‖ 14 *add.* v *cum nonnullis apographis* ‖ 15 R. XIIII Quomodo uasa torcola V iugerum instruere oporteat. In torcolarium ‖ 17 melipontis *cod.* mediponthos *Beroald.* | troclias *apogr.* trochlias *Pol.* trochleas v 18 assercula quinque ubi praela *Iuc.* assercula V biprela | serias V senas *apogr.* ‖ 20 cupas *apogr. et Vict.* cuppas V ‖ 22 R. XV Quomodo torcularium et cellam oleariam parare oporteat ‖ 22. 23 urceum unum aenum quod v urceum ahenum I quod ‖ 24 *lacunam indicavit Keil* ‖ 27 *sq. add. Keil: idem ceteras lacunas indicavit*

In cellam oleariam haec opus sunt. dolia olearia, oper- 2
cula, labra olearia XIIII, concas maioris II et minoris II,
trullas aheneas tris, amphoras olearias II, urceum aquarium I, 3
urnam quinquagenariam I, sextarium olearium I, labellum I,
infidibula II, spongeas II, urceos fictiles II, urnales II, trullas
ligneas II, claves cum clostris in cellas II, trutinam I, cen-
tumpondium incertum I et pondera cetera.

Villam aedificandam si locabis novam ab solo, faber [XIIII
haec faciat oportet. parietes omnes, uti iussitur, calce et
caementis, pilas ex lapide angulari, tigna omnia, quae opus
sunt, limina, postes, iugumenta, asseres, fulmentas, prae-
sepis bubus hibernas aestivas Faliscas, equile, cellas fami- 2
liae, carnaria III, orbem, ahenea II, haras X, focum, ianuam
maximam et alteram quam volet dominus, fenestras, cla-
tros in fenestras maioris bipedalis X, lumina⟨ria⟩ VI, scamna
III, sellas V, telas togalis duas, [luminaria VI] paullulam
pilam ubi triticum pinsat I, fulloniam I, antepagmenta, vasa
torcula II. hae rei materiem et quae opus sunt dominus 3
praebebit et ad opus dabit, serram I, lineam I (materiem
dumtaxat succidet, dolabit, secabit facietque conductor),
lapidem, calcem, harenam, aquam, paleas, terram unde lu-
tum fiat. si de caelo villa tacta siet, de ea re v⟨er⟩ba uti
fia⟨n⟩t. huic operi pretium ab domino bono, qui bene
praebeat quae opus sunt et nummos fide bona solvat, in
tegulas singulas II S. tectum sic numerabitur: tegula in- 4
tegra quae erit, quae non erit, unde quarta pars aberit,
duae pro una, conliciares quae erunt pro binis putabuntur;
vallus quot erunt, in singulas quaternae numerabuntur.

Villa lapide calce. fundamenta supra terram pede, cete-

---

1 R. XVI In cella olearia quae opus sint || 7 incertum *obscurum, del. Keil* || 8 R. XVII Villam aedificandam si locabis | 13 orbem *om. Pol., add. apogr.* || 15. 16 maioris lumina VI bipedalis X scamna III sellas V telas togalis duas luminaria VI paullulam pilam *cod., ubi* lumina⟨ria⟩ VI *et* [luminaria VI] *Meursius, verba traiecit Keil ex parte cum* v || 19. 20 dabit succidet dolabit serram I lineam I materiam dumtaxat secabit facietque: *traiecit et* materiem *reposuit Keil* || 22. 23 uti verba fiant m, *ubi* verba uti fiant *Keil* || 25. 26 II S. *Keil* II id | solvat. tectum sic numerabitur: tegula integra quae erit, in tegulas singulas II S, quae non erit *Keil (cf. Hauler p. 18)* || 28 vallus *tutatur Hauler p. 19,* valli *Keil* | quod || 29 ex lapide *Pont., Keil*

ros parietes ex latere, iugumenta et antepagmenta quae opus erunt indi[c]to. cetera lex uti villa⟨e⟩ ex calce caementis. pretium in tegulas singulas II S. loco salubri bono domino haec quae supra pretia posita sunt: ex signo manipretium erit. loco pestilenti, ubi aestate fieri non potest, bono domino pars quarta preti accedat.

XV] Macerias ex calce caementis silice. uti dominus omnia ad opus praebeat, altam P. V et columen P. I, crassam P. I S, longa⟨m⟩ P. XIV, et uti sublinat locari oportet. parietes villae si locet in P. C, id est P. X quoquo versum, libellis in ped. V et perticam I P. VIC. N. X. sesquipedalem parietem dominus fundamenta faciat et ad opus praebeat calcis in P. singulos ⟨in⟩ longitudinem [opus est] modium unum, harenae modios duos.

XVI] Calcem partiario coquendam qui dant, ita datur. perficit et coquit et ex fornace calcem eximit calcarius et ligna conficit ad fornacem. dominus lapidem, ligna ad fornacem, quod opus siet, praebet.

XVII] Robus materies, item ridica, ubi solstitium fuerit ad brumam semper tempestiva est. cetera materies quae semen habet, cum semen maturum habet, tum tempestiva est. quae materies semen non habet, cum glubebit, tum tempestiva est. † eo, quia semen viride et maturum habet (id semen de cupresso, de pino quidvis anni legere possis), item quidvis anni matura est et tempestiva. ibidem sunt nuces bimae, inde semen excidet, et anniculae, eae ubi primum incipiunt hiascere, tum legi oportet: per sementim primum incipiunt maturae esse, postea usque adeo sunt

---

2 *del.* v | *add. Schn.* || 3 II S *Gesner* N. S || 7 R. XVIII De maceriis aedificandis || 8 columen P. I (columen P. V *Pol.* columen P. I *apogr.*) || 9 *add. cod. Medic.* m || 11—13 sesquipedalem parietem fundamenta faciat et ad opus praebeat dominus calcis in P. singulos in longitudinem [opus est] modium unum *Keil* || 15 R. XVIIII Calcem partiario locandam || 17 conficit ad furnacem *Pol.* c conficit ad fornacem *reliqua apogr.* || 19 R. XX Materies quid anni tempestiua sit || 20 *Cf. c. 31, 2* || 21 semen maturum (maturum semen V semen maturum *apogr. et Vict.*) 23 ea quae *cum Iucundo Hauler p. 19* ⟨pinus⟩ eo quia *Keil* || 24 cipresso || 26 bimae *Iuc.* binae || 28 primum *om. Pol. add. apogr. et Vict.* (tum primum per semen v) | mature esse *apogr.* matura esse V

plus menses VIII. hornotinae nuces virides sunt. ulmus, cum folia cadunt, tum iterum tempestiva est.

Torcularium si aedificare voles quadrinis vasis, uti [XVIII
contra ora sient, ad hunc modum vasa conponito. arbores
crassas P. II, altas P. VIIII cum cardinibus, foramina longa
P. III S exculpta digit. VI, ab solo foramen primum P. I S, 2
inter arbores et [arbores et] parietes P. II, in II arbores P. I,
arbores ad stipitem primum derectas P. XVI, stipites crassos
P. II, altos cum cardinibus P. X, suculam praeter cardines
P. VIIII, prelum longum P. XXV, inibi lingulam P. II S, pavi-
mentum binis vasis cum canalibus duabus P. XXX, IIII tra-
petibus locum dextra sinistra pavimentum P. XX, inter bi- 3
nos stipites vectibus locum P. XXII, alteris vasis exadver-
sum ab stipite extremo ad parietem qui pone arbores est
P. XX: summa torculario vasis quadrinis latitudine P. LXVI,
longitudine P. LII. inter parietes, arbores ubi statues, fun-
damenta bona facito alta P. V, inibi lapides silices, totum
forum longum P. V, latum P. II S, crassum P. I S. ibi foramen 4
pedicinis duobus facito, ibi arbores pedicino in lapide sta-
tuito. inter duas arbores quod loci supererit robore ex-
pleto, eo plumbum infundito. superiorem partem arborum
digitos VI altam facito siet, eo capitulum robustum in-
dito, uti siet stipites ubi stent. fundamenta P. V facito, 5
ibi silicem longum P. II S, latum P. II S, crassum P. I S
planum statuito, ibi stipites statuito. item alterum stipitem
statuito. insuper arbores stipitesque trabem planam inpo-
nito latam P. II, crassam P. I, longam P. XXXVII, vel duplices
indito, si solidas non habebis. sub eas trabes inter canalis
et parietes extremos, ubi trapeti stent, trabeculam pedum
XXIII S inponito sesquipedalem, aut binas pro singulis eo
supponito. in iis trabeculis trabes, quae insuper arbores 6
stipites stant, conlocato: in iis tignis parietes extruito iungi-
toque materiae, uti oneris satis habeat. aram ubi facies,
pedes V fundamenta alta facito, lata P. VI, aram et canalem
rutundam facito latam P. IIII S, ceterum pavimentum totum 7

3 R. XXI Torcularium si aedificare uoles | quadrinis *Turnebus Adv. 7, 25* quadridis ‖ 7 *om.* V *cf. praef.* ‖ 8 derectas *Keil* derectos | crassos P. II, altos *Pont.* crassi P. II alti ‖ 11 duabus *Keil* duobus ‖ 14 ab stipite **V** a stipite *apogr.* ‖ 22 altam V altum | siet *del. Meurs., Keil; cf. praef.* | indicto **V** ‖ 30 XXIII S *apogr.* XXIIII ·S· *Pol.*

fundamenta P. II facito. fundamenta primum festucato, po-
stea caementis minutis et calce harenato semipedem unum
quodque corium struito. pavimenta ad hunc modum facito:
ubi libraveris, de glarea et calce harenato primum corium
facito, id pilis subigito, idem alterum corium facito: eo
calcem cribro subcretam indito alte digitos duo, ibi de
testa arida pavimentum struito: ubi structum erit, pavito
8 fricatoque, uti pavimentum bonum siet. arbores stipites
robustas facito aut pineas. si trabes minores facere voles,
canalis extra columnam expolito. si ita feceris, trabes P. XXII
9 longae opus erunt. orbem olearium latum P. IIII Punicanis
coagmentis facito, crassum digitos VI facito, subscudes ili-
gneas adindito. eas ubi confixeris, clavis corneis occludito.
in eum orbem tris catenas indito. eas catenas cum orbi[s]
clavis ferreis corrigito. orbem ex ulmo aut ex corylo fa-
cito: si utrumque habebis, alternas indito.

XVIIII] In vasa vinaria stipites arboresque binis pedibus al-
tiores facito, supra foramina arborum, pedem quaeque uti
absiet, unae fibulae locum facito. semipedem quoquo ver-
sum in suculam sena foramina indito. foramen quod pri-
mum facies semipedem ab cardine facito, cetera divi⟨di⟩to
2 quam rectissime. porculum in media sucula facito. inter
arbores medium quod erit, id ad mediam conlib⟨r⟩ato, ubi
porculum figere oportebit, uti in medio prelum recte situm
siet. lingulam cum facies, de medio prelo conlibrato, ut
inter arbores bene conveniat, digitum pollicem laxamenti
facito. vectes longissimos P. XIIX, secundos P. XVI, tertios
P. XV, remissarios P. XII, alteros P. X, tertios P. VIII.

XX] Trapetum quo modo concinnare oporteat. columellam
ferream, quae in miliario stat, eam rectam stare oportet in
medio ad perpendiculum, cuneis salignis circumfigi opor-
tet bene, eo plumbum effundere, caveat ni labet columella.

---

4 harenato *apogr.* arenato V ‖ 12 subscudes *apogr.* suscudes V ‖ 14 orbi *Keil* orbibus v ‖ 17 R. XXII In uasa uinaria stipites ‖ 18 quaeque v quēque ‖ 19 absient v | *Cf. c. 135, 6* ‖ 21 *add. cod. Medic.* m *et corr.* A ‖ 23 *add. cod. Medic.* m ‖ 25 conlibrato *apogr.* conlibato *Pol.* ‖ 29 R. XXIII Trapetum quomodo concinnare oporteat | Trapetum — oporteat *post rubricam om. Verba ex rubrica huc ponit Gesner* ‖ 32 *ita distinxi.* eo plumbum effundito: caveto, ni labet *P. Weise Quaest. Cat. p. 99* (affundere *Sylburg*)

si movebitur, eximito; denuo eodem modo facito, ne se
moveat. modiolos in orbis oleagineos ex orcite olea facito, 2
eos circumplumbato, caveto ne laxi sient. in cupam eos
indito. cunicas solidas latas digitum pollicem facito, labeam
bifariam faciat habea⟨n⟩t, quas figat clavis duplicibus, ne
cadant.

Cupam facito P. X, tam crassam quam modioli postu- [XXI
labunt, media[m] inter orbis quae convenia[n]t. crassam
quam columella ferrea erit, eam mediam pertundito, uti
[in] columellam indere possis. eo fistulam ferream indito,
quae in columellam conveniat et in cupam. inter cupam 2
dextra sinistra pertundito late digitos primoris IIII, alte di-
gitos primoris III, sub cupa tabulam ferream, ⟨quam⟩ lata
cupa media erit, pertusam figito, quae in columellam con-
veniat. dextra sinistra, foramina ubi feceris, lamnis circum-
plectito. replicato in inferiorem partem cupae omnis quat-
tuor lamminas: [dextra sinistra foramina] utrimque secus
lamminas sub lamminas pollulas minutas supponito, eas 3
inter sese configito, ne foramina maiora fiant, quo cupulae
minusculae indentur. cupa qua fini in modiolos erit, utrim-
que secus imbricibus ferreis quattuor de suo sibi utrimque
secus facito qui figas. imbrices medias clavulis figito. supra
imbrices extrinsecus cupam pertundito, qua clavus eat, qui
orbem cludat. insuper foramen librarium ferreum digitos 4
sex latum indito, pertusum utrimque secus, qua clavus eat.
haec omnia eius rei causa fiunt, uti ne cupa in lapide
conteratur. armillas IIII facito, quas circum orbem indas,
ne cupa et clavus conterantur intrinsecus. cupam materia 5
ulmea aut faginea facito. ferrum factum quod opus erit uti
idem faber figat: HS LX opus sunt. [cum] plumbum ⟨in⟩
cupam emito HS IIII. cupam qui concinnet et modiolos

3 laxi *apogr.* lassi V || 4 indito *apogr.* fundito V || 5 *add. Hauler p. 19 duce Schn.* || 7 R. XXIIII Cupam quomodo aedifices || 7—8 postulabunt v postulabant | m *del. Keil,* n *del.* v || 8—10 conveniat. eam mediam pertundito tam crassam quam columella ferrea erit, uti in eam columellam indere possis *Keil; at cf. Hauler p. 20* | *del. Gesner* || 11 columellam *apogr.* columnellam V || 13 *add. Keil duce Pont.* (tam latam quam cupa) || 17 *del. Keil* || 21 de suo sibi *Pol. coni.* desuos ibi || 25 utrimque *Keil* utrūque || 28 utrīsecus (intrinsecus *corr.* utrinsecus A intrinsecus bm utrisecus c utrīsecus Vf) || 30 HS | *del. Keil* | *add.* v || 31 HS

qui indat et plumbet, operas fabri dumtaxat ~~HS~~ VIII: idem
trapetum oportet accommodet. summa sumpt[u]i ~~HS~~ LXXII
praeter adiutores.

XXII] Trapetum hoc modo accommodare oportet. librator uti
statuatur pariter ab labris. digitum minimum orbem ab-
esse oportet ab solo mortari. orbes cavere oportet nequid
mortarium terant. inter orbem et miliarium unum digitum
interesse oportet. si plus intererit atque orbes nimium ab-
2 erunt, funi circumligato miliarium arte crebro, uti expleas
quod nimium interest. si orbes altiores erunt atque nimium
mortarium deorsom teret, orbiculos ligneos pertusos in
miliarium in columella supponito, eo altitudinem tempe-
rato. eodem modo latitudinem orbiculis ligneis aut armillis
ferreis temperato, usque dum recte temperabitur.
3 Trapetus emptus est in Suessano ~~HS~~ CCCC et olei P. L.
conposturae ~~HS~~ LX: vectura⟨m⟩ boum, operas VI, homines
VI cum bubulcis ~~HS~~ LXXII: cupam ornatam ~~HS~~ LXXII, pro
oleo ~~HS~~ XXV: S. S. ~~HS~~ DC[C]XXVIIII. Pompeis emptus orna-
tus ~~HS~~ CCCXXCIIII: vecturam ~~HS~~ CCXXC: domi melius con-
cinnatur et accommodatur, eo sumpti opus est ~~HS~~ LX: S. S.
4 ~~HS~~ DCCXXIIII. si orbes in veteres trapetos parabis, medios
crassos P. I digitos III, altos P. I, foramen semipedem quo-
quo vorsum. eos cum advexeris, ex trapeto temperato. ii
emuntur ad Rufri macerias ~~HS~~ CXXC, temperantur ~~HS~~ XXX.
tantidem Pompeis emitur.

XXIII] Fac ad vindemiam quae opus sunt ut parentur. vasa
laventur, corbulae sarciantur, picentur, dolia quae opus
sunt picentur, quom pluet; quala parentur, sarciantur, far
2 molatur, menae emantur, oleae caducae salliantur. uvas
miscellas, vinum praeliganeum quod operarii bibant, ubi
tempus erit, legito. siccum puriter omnium dierum pariter
in dolia dividito. si opus erit, defrutum indito in mustum
de musto lixivo coctum, partem quadragesimam addito

1 ~~H~~ VIII ‖ 2 *del. Iuc.* | ~~H~~ LXXII ‖ 4 R. XXV Trapetum quomodo aedifices | *Cf. c. 135, 6* ‖ 8 adque ‖ 9 miliarium (molarium V) ‖ 11 deorsom *Pol.* deorsum **A b v** ‖ 15 ~~HS~~] ~~H~~: *item in reliquis* ‖ 16 *add. Keil* ‖ 18 *del. Iuc.* ‖ 20. 21 S. ~~H~~ DCCXXIIII *Pol. et apogr. rec.* S. S. DCCXXVIIII **A** ‖ 23 cum *om.* **V** *add. apogr.* ‖ 26 R. XXVI Ad uindemiam quae opus sunt ut parentur ‖ 27 [picentur] dolia [quae opus sunt] picentur *Keil: cui obloquitur Hauler p. 20* ‖ 32 *sqq. Cf. Plin. 14, 129*

defruti vel salis sesquilibram in culleum. marmor si indes, 3 in culleum libram indito: id indito in urnam, misceto cum musto: id indito in doleum. resinam si indes, in culleum musti P. III, bene conminuito, indito in fiscellam et facito uti in doleo musti pendeat: eam quassato crebro, uti resina condeliquescat. ⟨ubi⟩ indideris defrutum aut marmor aut 4 resinam, dies XX permisceto crebro, tribulato cotidie. tortivum mustum circumcidaneum suo cuique dolio dividito additoque pariter.

Vinum Graecum hoc modo fieri oportet. uvas Apicias [XXIIII percoctas bene legito. ubi delegeris, in eius musti culleum 11 aquae marinae veteris Q. II ⟨indito⟩ vel salis puri modium: eum in fiscella suspendito sinitoque cum musto distabescat. si helv[i]olum vinum facere voles, dimidium helv[i]oli, dimidium Apicii vini indito, defruti veteris partem tricesimam addito. quidquid vini defrutabis, partem tricesimam defruti addito.

Quom vinum coctum erit et quom legetur, facito uti [XXV servetur familiae primum suisque, facitoque studeas bene percoctum siccumque legere, ne vinum nomen perdat. vinaceos cotidie recentis succernito lecto restibus subtento, vel crib⟨r⟩um illi[us] rei parato. eos conculcato in dolia picata vel in lacum vinarium picatum. id bene iubeto oblini, quod des bubus per hiemem. indidem, si voles, lavito paulatim. erit lor[e]a familiae quod bibat.

Vindemia facta vasa torcula, corbulas, fiscinas, funis, [XXVI patibula, fibulas iubeto suo quidquid loco condi. dolia cum vino bis in die fac extergeantur, privasque scopulas in dolia facito habeas illi rei, qui labra doliorum circumfrices. ubi erit lectum dies triginta, si bene deacinata erunt dolia,

---

1 defruti v defriti || 6 condeliquescat *Vict.* cum deliquescat *add. Keil* (si v) || 10 R. XXVII Vinum graecum quomodo fiat *Cf. cap. 105, 1* || 12 *add. Keil* || 14 *del. Keil (cf. 15, 1)* | *del. Keil*
15 apicii vini *Vict.* apiciuini cf apicium b apicium A vini *om.* V || 16 defrutabis *Urs.* defrudabis || 18 R. XXVIII Uua cocta ut seruentur || 21 recentes v regentis *apogr.* regentes *Pol.* | lector estibus subtento || 22 cribrum v | *del. Iuc.* || 23 lacum (latum V) | picatum v pilatum || 25 *del. Meurs. (cf. Plin. 14, 86 et praef.)* 26 R. XXVIIII Vindemia facta (facta *om. Pol., add. apogr. et Vict.*) ut uasa torcula subligentur | *Cf. c. 68* || 28 fac extergeantur *apogr.* face extergeantur V | *Cf. c. 152*

oblinito. si voles de faece demere vinum, tum erit ei rei optimum tempus.

XXVII] Sementim facito, ocinum, viciam, faenum Graecum, fabam, ervum, pabulum bubus. alteram et tertiam pabuli sationem facito. deinde alias fruges serito. scrobis in vervacto oleis, ulmis, vitibus, ficis: simul cum semine serito. si erit locus siccus, tum oleas per sementim serito, et quae ante satae erunt, teneras tum supputato et arbores ablaqueato.

XXVIII] Oleas, ulmos, ficos, poma, vites, pinos, cupressos
11 cum seres, bene cum radicibus eximito cum terra sua quam plurima circumligatoque, uti ferre possis: in alveo aut in corbula ferri iubeto. caveto, quom ventus siet aut imber,
2 effodias aut feras: nam id maxime cavendum est. in scrobe quom pones, summam terram subdito: postea operito terra radicibus fini, deinde calcato pedibus bene, deinde festucis vectibusque calcato quam optime poteris: id erit ei rei primum. arbores crassiores digitis V quae erunt, eas praecisas serito oblinitoque fimo summas et foliis alligato.

XXVIIII] Stercus dividito sic. partem dimidiam in segetem,
21 ubi pabulum seras, invehito, et si ibi olea erit, simul ablaqueato stercusque addito: postea pabulum serito. partem quartam circum oleas ablaqueatas, quom maxime opus erit, addito terraque stercus operito. alteram quartam partem in pratum reservato idque, quom maxime opus erit, ubi favonius flabit, evehito luna silenti.

XXX] Bubus frondem ulmeam, populneam, querneam, ficulneam, usque dum habebis, dato. ovibus frondem viridem, usque dum habebis, praebeto: ubi sementim facturus eris.

---

3 R. XXX Sementim ut facias | ocinum (ocymum V) || 5 vervacto *Vict.* ueruacio || 7 *Cf. c. 61, 2* | per *om. Pol., add. apogr.* || 8 ablaqueato V adlaqueato *apogr.* || 10 R. XXXI Oleas et reliqua semina cum seres quomodo seras | *Cf. Plin. 17, 83; 85; 87* || 14 feras **A c** *et Vict.* seras **V b f** || 15 quum pones *Pol.* b cum pones **A c** || 18 digitis *Plin. 17, 83* digitos || 19 praeligato *legit Plin. 17, 87* || 20 R. XXXII Stercus ut diuidas | *Cf. c. 5, 8* || 23 quom maxime *ex* 25 *Keil* quam maxime | *Cf. c. 50; Plin. 17,57 et 18,243* || 25 cum maxime **V c f** cōmaxime **A** || 27 R. XXXIII Bubus frondem | *Cf. Plin. 16, 92* | ficulnam (ficulneam *apogr. Ital.* ficulnam **A** ficulnamque *Pol.* ficulneamque v) || 29 *Cf. Plin. 17, 55*

ibi oves delectato: et frondem usque ad pabula matura. pabulum aridum quod condideris in hieme⟨m⟩ quam maxime conservato, cogitatoque hiemis quam longa siet.

Ad oleam cogendam quae opus erunt parentur. vi- [XXXI mina matura, salix per tempus legatur, uti sit unde corbulae fiant et veteres sarciantur. fibulae unde fiant, aridae iligneae, ulmeae, nuceae, ficulneae, fac in stercus aut in aquam coniciantur: inde, ubi opus erit, fibulas facito. vectes iligneos, acrufolios, laureos, ulmeos facito uti sient parati. prelum ex carpino atra potissimum facito. ulmeam, pineam, 2 nuceam, hanc atque aliam materiem omnem cum effodies, luna decrescente eximito post meridie⟨m⟩ sin⟨e⟩ vento austro. tum erit tempestiva, cum semen suum maturum erit, cavetoque per [er]rorem trahas aut doles. quae materies semen non habebit, cum glube⟨bit⟩, tempestiva erit. vento austro caveto nequam materiem neve vinum tractes nisi necessario.

Vineas arboresque mature face incipias putare. vites [XXXII propages ⟨in⟩ sulcos: susum vorsum, quod eius facere poteris, vitis facito uti ducas. arbores hoc modo putentur, rami uti divaricentur, quos relinques, et uti recte caedantur et ne nimium crebri relinquantur. vites bene nodentur: 2 per omnes ramos diligenter caveto ne vitem praecipites et ne nimium praestringas. arbores facito uti bene maritae sint vitesque uti satis multae adserantur et, sicubi opus erit, de arbore deiciantur, uti in terram deprimantur, et biennio post praecidito veteres.

Viniam sic facito uti curetur. vitem bene nodatam [XXXIII deligato recte, flexuosa uti ne sit, susum vorsum semper ducito, quod eius poteris. vinarios custodesque recte relin-

---

2 *add. Schn.* ‖ 3 hiemis *apogr.* hiems V ‖ 4 R. XXXIIII Ad oleam cogendam quae pares. oleam cogendam et efficiendam locato ‖ 5 *Cf. c. 33, 5* ‖ 9 aquifolios v *cum Plin. 16, 230* ‖ 10 ex sappino atra *Plin. 16, 193* ‖ 11 *Cf. c. 37, 3 sq.* ‖ 12 post meridiem sine vento *ex Plin. 16, 193* v *(cf. Macrob. Sat. 6, 4, 16)* post meridies in uento ‖ 14 *del. ex Plin.* v | materies *apogr. om.* V ‖ 15 *add. Keil* (glubet v) | *Cf. c. 17, 2* ‖ 18 R. XXXV Vineae arboresque ut maturae putentur ‖ 19 *add. Iuc.* ‖ 22 bene nodentur per omnes ramos: diligenter caveto, ne *cum Schn. Hauler p. 20* ‖ 28. R. XXXVI Vinia ut curetur ‖ 29 uorsum V uersum *apogr.*

quito. quam altissimam viniam facito alligatoque recte, dum
ne nimium constringas. hoc modo eam curato. capita vi-
2 tium per sementim ablaqueato. vineam putatam circum-
fodito, arare incipito, ultro citroque sulcos perpetuos ducito.
vites teneras quam primum propagato, sic occato: veteres
quam minimum castrato, potius, si opus erit, deicito bien-
nioque post praecidito. vitem novellam resicari tum erit
3 tempus, ubi valebit. si vinea a vite calva erit, sulcos inter-
ponito ibique viveradicem serito, umbram ab sulcis remo-
veto crebroque fodito. in vinea vetere serito ocinum, si
macra erit (quod granum capiat ne serito), et circum ca-
pita addito stercus, paleas, vinaceas, aliquid horum, quo
4 rectius valeat. ubi vinea frondere coeperit, pampinato.
vineas novellas alligato crebro, ne caules praefringantur,
et quae iam in perticam ibit, eius pampinos teneros alli-
gato leviter corrigitoque, uti recte spectent. ubi uva varia
fieri coeperit, vites subligato, pampinato uvasque expellito,
circum capita sarito.
5 Salictum suo tempore caedito, glubito arteque alligato.
librum conservato, cum opus erit in vinea, ex eo in aquam
coicito, alligato. vimina, unde corbulae fiant, conservato.
XXXIIII] Redeo ad sementim. ubi quisque locus frigidissi-
mus aquosissimusque erit, ibi primum serito. in caldissi-
mis locis sementim postremum fieri oportet. terram cave
2 cariosam tractes. ager rubricosus et terra pulla, materina,
rudecta, harenosa, item quae aquosa non erit, ibi lupinum
bonum fiet. in creta et uligine et rubrica et ager qui aquo-
sus erit, semen adoreum potissimum serito. quae loca
sicca et non ⟨h⟩erbosa erunt, aperta ab umbra, ibi triticum
XXXV] serito. fabam in locis validis non calamitosis serito.

---

1 *sqq. Cf. 41. 49; Plin. 17,195* ‖ 8 ab uite caluata *Plin.* ‖ 9 uiuę radicem (uiuam radicem *Plin.*) | ab sulcis **V** a sulcis *apogr., Plin.* 16 leniter *cum* v *Keil* leuiter *(sic Plin.) tutatur Hauler p. 21* recte stent *Plin. 17, 197* ‖ 19 R. XXXVII Salictum ut (ut *om. Pol., add. apogr. et Vict.*) suo tempore cedatur ‖ 21 *Cf. c. 31, 1* | 22 R. XXXVIII De sementi facienda | *Cf. Plin. 18, 163 sqq.* ‖ 25 R. XXXVIIII De agro rubricoso. Ager | *Cf. c. 5; 6; 37* ‖ 27 fiet (siet **V** fiet *apogr. et Vict.*) | ager qui *apogr.* agro qui *ex cod. Medic.* m *luc.* qui ager *Keil; cf. Loefstedt 'Peregr. Aeth.' p. 226* 30 R. XL De faba et uicia siligine hordeo ubi serantur. Fabam

viciam et faenum Graecum quam minime herbosis locis serito. siliginem, triticum in loco aperto celso, ubi sol quam diutissime siet, seri oportet. lentim in rudecto et rubricoso loco, qui herbosus non siet, serito. hordeum, 2
qui locus novus erit aut qui restibilis fieri poterit, serito. trimestre[m], quo in loco sementim maturam facere non potueris et qui locus restibilis crassitudine fieri poterit, seri oportet. rapinam et coles rapicii unde fiant et raphanum in loco stercorato bene aut in loco crasso serito.

Quae segetem stercorent. stercus columbinum spar- [XXXVI
gere oportet in pratum vel in ⟨h⟩ortum vel in segetem. caprinum, ovillum, bubulum, item ceterum stercus omne sedulo conservato. amurca⟨m⟩ spargas vel inriges ad arbores: circum capita maiora amphoras, ad minora urnas cum aquae dimidio addito, ablaqueato prius non alte.

Quae mala in segete sint. si cariosam terram tractes. [XXXVII
cicer, quod vellitur et quod salsum est, eo malum est. hordeum, faenum Graecum, ervum, haec omnia segetem exsugunt et omnia quae velluntur. nucleos in segetem ne indideris.

Quae segetem stercorent fruges: lupinum, faba, vicia. 2

Stercus unde facias: stramenta, lupinum, paleas, fabalia, acus, frondem iligneam, querneam. ex segeti vellito ebulum, cicutam et circum salicta herbam altam u⟨l⟩vamque: eam substernito ovibus bubusque, frondem putidam. partem de nucleis succernito et in lacum coicito, eo aquam addito, permisceto rutro bene: inde lutum circum oleas ablaqueatas addito, nucleos conbustos item addito. viti⟨s⟩ si 3
macra erit, sarmenta sua concidito minute et ibidem inarato aut infodito.

---

1 uiciam Ab uitiam Vc ‖ 2 *Cf. Plin. 18, 164* ‖ 6 *del. Pont. ex Plin. 18, 164* ‖ 10 R. XLI Que segetem stercorent | stercorent c stercorant Vahf *(cf. 16; 21)* ‖ 11 ortum *apogr.* hortum V ‖ 13 *add.* v | *Cf. c. 93; Plin. 17, 263* ‖ 16 R. XLII Quae mala in segete sint | *Cf. c. 5, 6; 34* | tractes *Vict.* tracies ‖ 17 quod salsum (qb' salsum *Pol.* quod salsum *apogr. et Vict.*) | *Cf. Plin. 17, 56* ‖ 19 exurunt *Plin. 17, 56* ‖ 21 uicia *apogr.* uitia V ‖ 23 segete *ex Plin. 17, 55 Gesner, Keil* ‖ 23. 24 ebulum cicutam (ebulum et cicutam V ebulum cicutam *apogr. et Vict.*) ‖ 24 salicta *ex Plin. Vict.* saucta | *add.* A^2 *et Vict. ex Plin.* ‖ 28 *add. cod. Med.* m vinea *Plin.*

Per hiemem lucubratione haec facito: ridicas et palos,
quos pridie in tecto posueris, siccos dolato, faculas facito,
stercus egerito. nisi intermestri lunaque dimidiata tum
4 ne tangas materiem. quam effodies aut praecides abs terra,
diebus VII proximis, quibus luna plena fuerit, optime exi-
metur. omnino caveto nequam materiem doles neu caedas
neu tangas, si potes, nisi siccam neu gelidam neu roru-
5 lentam. frumenta face bis sarias runcesque avenamque
destringas. de vinea et arboribus putatis sarmenta degere
et fascinam face et vitis et ligna in caminum ficulna et
codicillos domino in acervum conpone.
XXXVIII] Fornacem calcariam pedes latam X facito, altam
pedes XX, usque ad pedes tres summam latam redigito.
si uno praefurnio coques, lacunam intus magnam facito,
uti satis siet ubi cinerem concipiat, ne foras sit educendus.
fornacemque bene struito: facito fortax totam fornacem in-
2 fimam conplectatur. si duobus praefurni⟨i⟩s coques, lacuna
nihil opus erit. cum cinere eruto opus erit, altero prae-
furnio eruito, in altero ignis erit. ignem caveto ne intermittas
quin semper siet, neve noctu neve ullo tempore intermittatur
caveto. lapidem bonum in fornacem quam candidissimum,
3 quam minime varium indito. cum fornacem facies, fauces
praecipites deorsum facito. ubi satis foderis, tum fornaci
locum facito, uti quam altissima et quam minime ventosa
siet. si parum altam fornacem habebis ubi facias, latere[s]
summam statuito aut caementis cum luto summam extrin-
4 secus oblinito. cum ignem subdideris, siqua flamma exibit
nisi per orbem summum, luto oblinito. ventus ad prae-
furnium caveto ne accedat: inibi austrum caveto maxime.
hoc signi erit, ubi calx cocta erit, summos lapides co[a]ctos
esse oportebit: item infimi lapides cocti cadent, et flamma
minus fumosa exibit.

---

1 lucurrabartione **A** lucurabartione **f** lucubratione **V b c** ‖ 2 posueris *apogr.* posueras **V** ‖ 3 *Cf. Plin. 16,194* | tum *om. Keil* ‖ 4 *Cf. c. 31* ‖ 6 materiem **b c** *cum Plin. l. s. s.* materiam **V A** ‖ 7 rorulentam **v** *ex Plin. l. s. s.* forulentam ‖ 9 R. XLIII De uinea et arboribus putatis. De ‖ 10 face **c v** facere ‖ 12 R. XLIIII De fornace calcaria ‖ 17 *add.* **A v** ‖ 21 *Cf. Plin. 36, 174* ‖ 25 *del. Turn.* 26 summam extrinsecus *apogr.* summamq. extrinsecus *Pol.* 30 *del.* **v** *cum nonnullis apogr.*

Si ligna et virgas non poteris vendere neque lapidem habebis, unde calcem coquas, de lignis carbones coquito, virgas et sarmenta, quae tibi usioni supererunt, in segete conburito. ubi eas conbusseris, ibi papaver serito. 4

Vbi tempestates malae erunt, cum opus fieri non [XXXVIIII poterit, stercus in stercilinum egerito. bubile, ovile, cohortem, villam bene purgato. dolia plumbo vincito vel materie quernea virisicca alligato. si bene sarseris aut bene alligaveris et in rimas medicamentum indideris beneque picaveris, quodvis dolium vinarium facere poteris. medicamentum in dolium hoc modo facito: cerae P. I, resinae P. I, sulpuris P. C' C'. haec omnia in calicem novum indito, 2 eo addito gypsum contritum, uti crassitudo fiat quasi emplastrum, eo dolia sarcito. ubi sarseris, qui colorem eundem facias, cretae crudae partes duas, calcis tertiam conmisceto: inde laterculos facito, coquito in fornace[m], eum conterito idque inducito.

Per imbrem in villa[m] quaerito quid fieri possit. ne cessetur, munditias facito. cogitato, si nihil fiet, nihilo minus sumptum futurum.

Per ver haec fieri oportet. sulcos et scrobes fieri, semi- [XL nariis, vitiariis locum verti, vites propagari, in locis crassis et umectis ulmos, ficos, poma, oleas seri oportet. ficos, oleas, mala, pira, vites inseri oportet luna silenti post meridiem sine vento austro. oleas, ficos, pira, mala hoc modo inserito. quem ramum insiturus eris, praecidito, inclinato 2 aliquantum, ut aqua defluat: cum praecides, caveto ne librum convellas. sumito tibi surculum durum, eum praeacuito, salicem Graecam discindito. argillam vel cretam coaddito, harenae paululum et fimum bubulum, haec una bene condep[o]sito, quam maxime uti lentum fiat. capito tibi scissam salicem, ea stirpem praecisum circumligato, ne

---

1 R. XLV Si ligna et uirgas non poteris uendere || 3 *Cf. Plin. 18, 229* || 5 R. XLVI Ubi tempestates male erunt quid fieri possit 8 virisicca *suspectum.* bene sicca *in comm. Keil* vere sicca *Hauler p. 21* || 12 sulpuris (et sulphuris **V** sulpuris **Ac** sulphuris **bf**) 15 tertia *apogr. et Vict.* tertiā **V** || 16 *del. Keil* || 18 *del. editio Basil. a. 1521* | quid fieri possit *apogr.* quid possit fieri **V** || 21 R. XLVII Per uer quae fiant | *Cf. Plin. 17, 111; 18, 243* || 24 *Cf. Plin. 17, 170* || 28. 29 praeacuito (*ex* pro-) salicem **A** proacuito saucem || 31 *del. Vict.* | lentum *apogr. et Vict.* letum *Pol.*

3 liber frangatur. ubi id feceris, surculum praeacutum inter librum et stirpem artito primoris digitos II. postea capito tibi surculum, quod genus inserere voles, eum primorem praeacuito oblicum primoris digitos II. surculum aridum, quem artiveris, eximito, eo artito surculum, quem inserere voles. librum ad librum vorsum facito, artito usque adeo, quo praeacueris. idem alterum surculum, tertium, quartum
4 facito: quot genera voles, tot indito. salicem Graecam amplius circumligato, luto de[m]psto stirpem oblinito digitos crassum tres. insuper lingua bubula obtegito, si pluat, ne aqua in librum permanet. eam linguam insuper libro alligato, ne cadat. postea stramentis circumdato alligatoque, ne gelus noceat.

XLI] Vitis insitio una est per ver, altera est cum uva floret, ea optuma est. pirorum ac malorum insitio per ver et per solstitium dies L et per vindemiam. oleae et ficorum in-
2 sitio est per ver. vitem sic inserito: praecidito quam inseres, eam mediam diffindito per medullam: eo surculos praeacutos artito: quos inseres, medullam cum medulla conponito. altera insitio est: si vitis vitem continget, utriusque vitem teneram praeacuito, obliquo inter sese medullam
3 cum medulla libro conligato. tertia insitio est: terebra vitem quam inseres pertundito, eo duos surculos vitigineos, quod genus esse voles, insectos obliquos artito ad medullam: facito iis medullam cum medulla coniungas artitoque
4 ea qua terebraveris alterum ex altera parte. eos surculos facito sint longi pedes binos, eos in terram demittito replicatoque ad vitis caput, medias vitis vinclis in terram defigito terraque operito. haec omnia luto depsto oblinito, alligato integitoque ad eundem modum, tamquam oleas.

XLII] Ficos et oleas altero modo. quod genus aut ficum aut oleam esse voles, inde librum scalpro eximito, alterum librum cum gemma de eo fico, quod genus esse voles, eximito, adponito in eum locum unde exicaveris in alterum

---

4 praeacuito v proacuito || 5 artiueris *apogr.* artueris *Pol.* || 8 quod genera || 9 *del. Vict.* || 11 libro *Pont.* librum || 14 R. XLVIII Insitio uitis aliarumque rerum | *Cf. Plin. 17, 112 sqq. 198* || 15 pirorum ac malorum *apogr. et Vict.* pirorum et malorum **V** 21 praeacuito *Vict.* proacuito || 31 R. XLVIIII Ficos et oleas alio modo | *Cf. Plin. 17, 119* || 34 exicaueris *apogr.* exiccaueris *Pol.* execaueris *Vict.*

genus facitoque uti conveniat. librum longum facito digitos III S, latum digitos III. ad eundem modum oblinito, integito, uti cetera.

Sulcos, si locus aquosus erit, alveatos esse oportet, [XLIII
latos summos pedes tres, altos pedes quattuor, infimum
latum P. I et palmum. eos lapide consternito: si lapis non
erit, perticis saligneis viridibus controversus conlatis con-
sternito: si pertica non erit, sarmentis conligatis. postea
scrobes facito altos P. III S, latos P. IIII, et facito de scrobe
aqua in sulcum defluat: ita oleas serito. vitibus sulcos et 2
propagines ne minus P. II S quoquo versus facito. si voles
vinea cito crescat et olea, quam severis, semel in mense
sulcos et circum capita oleaginea quot mensibus, usque
donec trimae erunt, fodere oportet. eodem modo ceteras
arbores procurato.

Olivetum diebus XV ante aequinoctium vernum in- [XLIIII
cipito putare. ex eo die dies XLV recte putabis. id hoc
modo putato. qua locus recte ferax erit, quae arida erunt,
et siquid ventus interfregerit, ea omnia eximito. qua locus
ferax non erit, id plus concidito aratoque. bene enodato
stirpesque levis facito.

Taleas oleagineas, quas in scrobe saturus eris, tripe- [XLV
daneas decidito diligenterque tractato, ne liber laboret, cum
dolabis aut secabis. quas in seminario saturus eris, peda-
lis facito, eas sic inserito. locus bipalio subactus siet bene-
que terra tenera siet beneque glittus siet. cum taleam de- 2
mittes, pede taleam opprimito. si parum descendet, malleo
aut mateola adigito cavetoque ne librum scindas, cum
adiges. palo prius locum ne feceris, quo taleam demittas.
si ita severis uti[s] stet talea, melius vivet. taleae ubi tri- 3

---

4 R. L Sulcos quomodo facias | *Cf. Plin. 17, 81* || 7 controuersiis *Pol.* controuersus *apogr.* || 10 R. LI Vitibus sulcos propagationesque. Vitibus *(cf. Friderici p. 67)* || 13 circum sulcos et capita *Keil; cf. Hauler p. 21* | quod || 16 R. LII Olea quo tempore putetur | Oletum *Keil cum Iord. Herm. t. 15 p. 13, ut ceteris locis Cato* || 17 dies XV *codd. Plin. 17, 127* || 19 qua *Vict. ex Plin. 17, 127* qui || 20 artatoque *Pont.* || 22 R. LIII De taliis oleagineis | oleagineas (oleaginas V oleagineas *apogr. et Vict.*) || 26 gluttus *Plin.* || 27 malleo aut mateola *Plin. 17, 125* maleolo aut mateola (*cf. c. 46, 2*) || 30 uti stet *Vict.* utis stet *Vict. in explicationibus et optima apogr.* utusstet *Pol.*

mae sunt, tum denique maturae sunt, ubi liber sese vertet. si in scrobibus aut in sulcis seres, ternas taleas ponito easque divaricato, supra terram ne plus IIII digitos transvorsos emineant; vel oculos serito.

XLVI] Seminarium ad hunc modum facito. locum quam optimum et apertissimum et stercorosissimum poteris et quam simillimum genus terrae eae, ubi semina positurus eris, et uti ne nimis longe semina ex seminario ferantur, eum locum bipalio vertito, delapidato circumque saepito
bene et in ordine serito. in sesquipedem quoquo vorsum
2 taleam demittito opprimitoque pede. si parum deprimere poteris, malleo aut matiola adigito. digitum supra terram facito semina emineant fimoque bubulo summam taleam oblinito signumque aput taleam adponito crebroque sarito, si voles cito semina crescant. ad eundem modum alia semina serito.

XLVII] Harundinem sic serito: ternos pedes oculos disponito.

Vitiarium eodem modo facito seritoque. ubi vitis bima erit, resicato: ubi trima erit, eximito. si pecus pascetur, ubi vitem serere voles, ter prius resicato, quam ad arborem ponas. ubi V nodo⟨s⟩ veteres habebit, tum ad arborem ponito. quotannis porrinam serito, quotannis habebis quod ex[s]imas.

XLVIII] Pomarium seminarium ad eundem modum atque oleagineum facito. suum quidquid genus talearum serito.

Semen cupressi ubi seres, bipalio vertito. vere primo
2 serito. porcas pedes quinos latas facito, eo stercus minutum addito, consarito glebasque conminuito. porcam planam facito, paulum concavam. tum semen serito crebrum tamquam linum, eo terram cribro incernito altam digitum transversum. eam terram tabula aut pedibus conplanato, furcas circum offigito, eo perticas intendito, eo sarmenta aut cratis ficarias inponito, quae frigus defendant et solem. uti

---

1 maturae] curae *codd. Plin.* ‖ 5 R. LIIII Seminarium quomodo fiat *apogr. et Vict.* Seminarium quo fiat modo V | *Cf. Plin. 17, 69* ‖ 17 R. LV Harundo quomodo seratur | *Cf. c. 6, 3* ‖ 21 *add.* **A v** ‖ 22 quod annis | serito (ibi serito V inserito *Vict.*) | quod annis ‖ 24 R. LVI Pomarium seminarium | adque ‖ 25 quidquit 26 *Cf. c. 151* ‖ 28 comminuito **A c f** comminuto **b m** commu-nito V ‖ 29 serito crebrum *Popma (cf. c. 151)* serito cribo ‖ 31 *Cf. Plin. 17, 71*

subtus homo ambulare possit facito. crebro runcato. simul herbae inceperint nasci, eximito. nam si herbam duram velles, cupressos simul evelles.

Ad eundem modum semen pirorum, malorum serito te- 3
gitoque. nuces pineas ad eundem modum nisi tamquam alium serito.

Vineam veterem si in alium locum transferre voles, [XLVIIII
dumtaxat brachium crassam licebit. primum deputato, bi-
nas gemmas ne amplius relinquito. ex radicibus bene ex- 2
fodito, usque radices persequito et caveto ne radices saucies. ita uti fuerit, ponito in scrobe aut in sulco operitoque et bene occulcato, eodemque modo vineam statuito, alligato flexatoque, uti fuerit, crebroque fodito.

Prata primo vere stercerato luna silenti. quae inrigiva [L
non erunt, ubi favonius flare coeperit, cum prata defendes, depurgato herbasque malas omnis radicitus effodito.

Vbi vineam deputaveris, acervum lignorum virgarumque 2
facito. ficos interputato et in vinea ficos subradito alte, ne eas vitis scandat. seminaria facito et vetera resarcito. haec facito, antequam viniam fodere incipias.

Vbi daps profanata comestaque erit, verno arare incipito. ea loca primum arato, quae siccissima erunt, et quae crassissima et aquosissima erunt, ea postremum arato, dum ne prius obdurescant.

Propagatio pomorum, aliarum arborum. ab arbore abs [LI
terra pulli qui nascentur, eos in terram deprimito extollitoque primorem partem, uti radicem capiat: inde biennio post effodito seritoque. ficum, oleam, malum Punicum, Cotone⟨u⟩m aliaque mala omnia, laurum, murtum, nuces Praenestinas, platanum, haec omnia a capite propagari eximique serique eodem modo oportet. quae diligentius [LII
propagari voles, in aullas aut in qualos pertusos propagari oportet et cum iis in scrobem deferri oportet. in arboribus,

---

2 inceperint (coeperint V) ‖ 4 malorum vb maiorum ‖ 7 R. LVII De uinea uetere | *Cf. Plin. 17, 198* ‖ 14 R. LVIII Prata quomodo stercorentur | *Cf. c. 29; Plin. 18, 243* ‖ 21 R. LVIIII Ubi daps profanata erit quid fiat | *Cf. c. 131* | comestaque (cōmestaque V) ‖ 22 ea loca *ex c. 131 Keil* et loca ‖ 25 R. LX Propagatio oleae pomorumque | *Cf. c. 133* ‖ 27 capiant *Pont.* ‖ 29 cotonium v ‖ 31 R. LXI Quae diligentius propagari uoles. Quae

uti radices capiant, calicem pertundito: per fundum aut qualum ramum, quem radicem capere voles, traicito: eum qualum aut calicem terra inpleto calcatoque bene, in arbore[m] relinquito. ubi bimum fuerit, ramum sub qualo
2 praecidito. qualum incidito ex ima parte perpetuum, sive calix erit, conquassato. cum eo qualo aut calice in scrobem ponito. eodem modo vitem facito, eam anno post praecidito seritoque cum qualo. hoc modo quod genus vis propagabis.

LIII] Faenum, ubi tempus erit, secato cavetoque ne sero seces. priusquam semen maturum siet, secato, et quod optimum faenum erit, seorsum condito, per ver cum arabunt, antequam ocinum des, quod edint ⟨boves⟩.

LIIII] Bubus pabulum hoc modo parari darique oportet. ubi sementim patraveris, glandem parari legique oportet et in aquam conici. inde semodios singulis bubus in dies dari oportet, et si non laborabunt, pascantur satius erit, aut modium vinaceorum, quos in dolium condideris. interdiu
2 pascito, noctu faeni P. XXV uni bovi dato. si faenum non erit, frondem iligneam et hederaciam dato. paleas triticeas et hordeaceas, acus fabaginum, ⟨de⟩ vicia vel de lupino, item de ceteris frugibus, omnia condito. cum stramenta condes, quae herbosissima erunt, in tecto condito et sale
3 spargito, deinde ea pro faeno dato. ubi verno dare coeperis, modium glandis aut vinaceorum dato aut modium lupini macerati et faeni P. XV. ubi ocinum tempestivum erit, dato primum. manibus carpito, id renascetur: quod falcula
4 secueris, non renascetur. usque ocinum dato, donec arescat: ita temperato. postea viciam dato, postea panicum dato, secundum panicum frondem ulmeam dato. si populneam habebis, admisceto, ut ulmeae satis siet. ubi ulmeam non
5 habebis, querneam et ficulneam dato. nihil est quod magis expediat, quam boves bene curare. boves nisi per hiemem, cum non arabunt, pasci non oportet. nam viride[m] cum

---

1 uti *ex 133, 3 Keil* ubi | per fundum ⟨pertusum⟩ *Keil; cf. Hauler p. 16* || 3 in arbore *Keil ex 133, 3* in arborem || 4 bimum *Keil ex 133, 3* ita || 5 ex ima *Rottboellius* ex una | siue calix (si uero calix V) || 6 in scrobe *cum* V *Keil; cf. Hauler p. 14* || 10 R. LXII De fenisicia | *Cf. Plin. 18,260* || 13 edint ⟨boves⟩ *Keil* edunt || 14 R. LXIII Bubus pabulum || 15 patraveris A prataueris || 18 uinaceorum *apogr.* uinaciorum v || 21 *add. Keil* || 34 *del.* v

edunt, semper id expectant, et fiscellas habere oportet, ne herbam sectentur, cum arabunt.

Ligna domino in tabulato condito, codicillos oleagineos, [LV radices in acervo sub dio metas facito.

Familiae cibaria. qui opus facient per hiemem tritici [LVI modios IIII, per aestatem modios IIII S, vilico, vilicae, epistatae, opilioni modios III, conpeditis per hiemem panis P. IIII, ubi vineam fodere coeperint, panis P. V, usque adeo dum ficos esse coeperint, deinde ad P. IIII redito.

Vinum familiae. ubi vindemia facta erit, loram bibant [LVII menses tres: mense quarto heminas in dies, id est in mense congios II S: mense quinto, sexto, septimo, octavo in dies sextarios, id est in mense congios quinque: nono, decimo, un⟨decimo, duo⟩decimo in dies heminas ternas, id est ⟨in mense⟩ amphoram: hoc amplius Saturnalibus et Conpitalibus in singulos homines congios ⟨III S⟩: summa vini in homines singulos inter annum Q. VII. conpeditis, uti quidquid operis facient, pro portione addito: eos non est nimium in annos singulos vini Q. X ebibere.

Pulmentarium familiae. oleae caducae quam pluri- [LVIII mum condito. postea oleas tempestivas, unde minimum olei fieri poterit, eas condito, parcito, uti quam diutissime durent. ubi oleae comesae erunt, hallecem et acetum dato. oleum dato in menses uni cuique S. I. salis uni cuique in anno modium satis est.

Vestimenta familiae. tunicam P. III S, saga alternis [LVIIII annis. quotiens cuique tunicam aut sagum dabis, prius veterem accipito, unde centones fiant. sculponias bonas alternis annis dare oportet.

Bubus cibaria annua in iuga singula lupini modios cen- [LX

---

3 R. LXIIII De lignis domini ‖ 5 R. LXV Familiae cibaria quanta dentur | *Cf. Plin. 15, 82* ‖ 10 R. LXVI Vinum familiae quantum detur ‖ 13 congios quinque *apogr.* congius quinque *Pol.* ‖ 14 *add. Iuc.* (undecimo et duodecimo) | *add. Keil duce Iuc.* (id est amphoram in mense) ‖ 16 *add. Keil* ‖ 17 Q VIII *Iuc.; unde* Q VII *Keil* cum ‖ 19 vini Q. X] *in margine* al'. Quadrantalia *(cf. praef.)* ‖ 20 R. LXVII Pulmentarium familiae quantum detur ‖ 23 cōmesae V commesse A comesae *apogr. recentiora* ‖ 24 mense *Keil; at cf. quae adnotavit Hauler p. 15* ‖ 26 R. LXVIII Vestimenta familiae ‖ 30 R. LXVIIII Bubus cibaria

tum viginti aut glandis modios CCXL, faeni pondo IↃXX, ocini *, fabae $\overset{o}{\text{M}}$. XX, viciae $\overset{o}{\text{M}}$. XXX. praeterea granatui videto uti satis viciae seras. pabulum cum seres, multas
4 sationes facito.

LXI] Quid est agrum bene colere? bene arare. quid secundum? arare. quid tertium? stercorare.

Qui oletum saepissime et alt⟨issime miscebit, is tenu⟩issimas radices exarabit. si male arabit, radices susum abibunt, crassiores fient, et in radices vires oleae abibunt. agrum frumentarium cum ares, bene et tempestivo ares,
2 sulco vario ne ares. cetera cultura est multum sarire et diligenter eximere semina et per tempus radices quam plurimas cum terra ferre; ubi radices bene operueris, calcare bene, ne aqua noceat. siquis quaeret, quod tempus oleae serendae siet, agro sicco per sementim, agro laeto per ver.

LXII] Quot iuga boverum, mulorum, asinorum habebis, totidem plostra esse oportet.

LXIII] Funem torculum esse oportet extentum pedes LV, funem loreum in plostrum P. LX, lora retinacula longa P. XXVI, subiugia in plostrum P. XIIX, funiculum P. XV, in arat⟨r⟩um subiugia lora P. XVI, funiculum P. VIII.

LXIIII] Olea ubi matura erit, quam primum cogi oportet, quam minimum in terra et in tabulato esse oportet. in terra et in tabulato putescit. leguli volunt uti olea caduca quam plurima sit, quo plus legatur; factores, ut in tabulato diu sit, ut fracida sit, quo facilius efficiant. nolito credere
2 oleum in tabulato posse crescere. quam citissime conficies, tam maxime expediet, et totidem modi⟨i⟩s collecta et plus olei efficiet et melius. olea quae diu fuerit in terra aut in tabulato, inde olei minus fiet et deterius. oleum, si poteris,

---

1 pondo IↃXX *Keil* pondo I, XXI, ‖ 2 *lac. indic Schn.* ‖ 5 R. LXX Quomodo ager colatur | *Cf. Plin. 18, 174* ‖ 6 tertium *Iuc. ex Plin. 18, 174* tertio ‖ 7 *suppl. ex Plin. 17, 127 Iuc.* altissimas ‖ 8 abibunt *Plin.* adibunt (abibunt V adibunt *apogr. et Vict.*) ‖ 11 *Cf. c. 28* | sarire *Schn.* serere ‖ 14 *Cf. c. 27* ‖ 16 R. LXXI Quod plostra habere oporteat | Quod ‖ 18 R. LXXII Funem quam longam esse oporteat ‖ 19 plostrum v plaustrum ‖ 21 *add.* v (*cf. c. 135, 5*) | lora *Turn. ex c. 135, 5* lorum ‖ 22 R. LXXIII De olea colligenda | *Cf. Plin. 15, 14. 21; Colum. 12, 52, 19* ‖ 25 uti *Keil* ‖ 26 quo A^2cv qua | conficiant *Keil; at cf. Hauler p. 21* | 28 *add.* v | collecta et *Keil* collectae

bis in die depleto. nam oleum quam diutissime in amurca et in fracibus erit, tam deterrimum erit.

Oleum viride sic facito. oleam quam primum ex terra [LXV tollito. si inquinata erit, lavito, a foliis et stercore purgato. postridie aut post diem tertium, quam lecta erit, facito. olea ubi nigra erit, stringito. quam acerbissima olea oleum facies, tam oleum optimum erit. domino de matura olea 2 oleum fieri maxime expediet. si gelicidia erunt, cum oleam coges, triduum atque quatriduum post oleum facito. eam oleam, si voles, sale spargito. quam calidissimum torcularium et cellam habeto.

Custodis et capulatoris officia. servet diligenter cellam [LXVI et torcularium. caveat quam minimum in torcularium et in cellam introeatur. quam mundissime purissimeque fiat. vaso aheneo neque nucleis ad oleum ne utatur. nam si utetur, oleum male sapiet. cortinam plumbeam in lacum ponito, quo oleum fluat. ubi factores vectibus prement, continuo capulator conca oleum, quam diligentissime poterit, tollat, ne cesset. amurcam caveat ne tollat. oleum 2 in labrum primum indito, inde in alterum dolium indito. de iis labris fraces amurcamque semper subtrahito. cum oleum sustuleris de cortina, amurcam deorito.

Item custodis officia. qui in torculario erunt vasa [LXVII pura habeant curentque uti olea bene perficiatur beneque siccetur. ligna in torculario ne caedant. oleum frequenter capiant. factoribus det in ⟨singulos⟩ factus olei sextarios et in lucerna⟨m⟩ quod opus siet. fraces cotidie reiciat. 2 amurcam conmutet usque adeo, donec in lacum qui in cella est postremum pervenerit. fiscinas spongia effingat. cotidie oleo locum conmutet, donec in dolium pervenerit. in torculario et in cella caveat diligenter nequid olei subripiatur.

---

3 R. LXXIIII Oleum uiride quomodo fiat || 6 *Cf. Plin. 15, 6* | aceruissima || 9 post triduum atque quadriduum *Keil* || 10 sale *apogr. nonnulla* salē | caldissimum *Keil* || 12 R. LXXV Custodis et capulatoris officia || 13 caveat v cabet || 15 uaso (uase V uaso *apogr. et Vict.*) || 17 inponito *Keil* || 18 conca A concha V *et apogr. rec.* || 23 R. LXXVI Item custodis qui in torculario (torculario b torcularia V torculari A) erit officia || 26 *add. Iuc.* || 27 *add.* v || 31 nequid v *et nonnulla apogr.* neque

LXVIII] Vbi vindemia et oletas facta erit, prela extollito; funes torculos, melipontos, subductarios in carnario aut in prelo suspendito; orbes, fibulas, vectes, scutulas, fiscinas, corbulas, quala, scalas, patibula, omnia quis usus erit, in suo quidque loco reponito.

LXVIIII] Dolia olearia nova sic inbuito. amurca inpleto dies VII, facito ut amurcam cotidie suppleas. postea amurcam
2 eximito et arfacito. ubi arebit, cummim pridie in aquam infundito, eam postridie diluito. postea dolium calfacito minus, quam si picare velis, tepeat satis est: lenibus lignis facito calescat. ubi temperate tepebit, tum cummim indito, postea linito. si recte leveris, in dolium quinquagenarium cummim P. IIII satis erit.

LXX] Bubus medicamentum. si morbum metues, sanis dato salis micas tres, folia laurea III, porri fibras III, ulpici spicas III, alii spicas III, turis grana tria, herbae Sabinae plantas tres, rutae folia tria, vitis albae caules III, fabulos albos III, carbones vivos III, vini S. III. haec omnia sublimiter
2 legi teri darique oportet. ieiunus siet qui dabit. per triduum de ea potione uni cuique bovi dato. ita dividito, cum ter uni cuique dederis, omnem absumas, bosque ipsus et qui dabit facito ut uterque sublimiter stent. vaso ligneo dato.

LXXI] Bos si aegrotare coeperit, dato continuo ei unum ovum gallinaceum crudum: integrum facito devoret. postridie caput ulpici conterito cum hemina vini facitoque ebibat. sublimiter terat et vaso ligneo det, bosque ipsus et qui dabit sublimiter stet. ieiunus ieiuno bovi dato.

LXXII] Boves ne pedes subterant, priusquam in viam quoquam ages, pice liquida cornua infima unguito.

---

1 R. LXXVII Vasa olearia et uinaria extollere | *Cf. c. 26* | oleitas *Iuc.; cf. praef.* || 6 R. LXXVIII Dolia quomodo imbuantur | *Cf. Plin. 15, 33* || 8 arfacito (arefacito V arfacito *apogr. et Vict.*) | cummim (cuminum V commim A cummim *apogr. rec. et Vict.*) || 9 diluito v deluito || 11 cummim (cummini *Pol.* cuminum v cummim Ab *et Vict.*) || 13 cummim (cummini *Pol.* cumini v cummim *apogr. et Vict.*) || 14 R. LXXVIIII Bubus medicamentum | Bubus medicamentum *(in initio capitis posuit Gesner) post rubricam om.* || 19 per *Colum. 6, 4, 3* ter || 22 uaso *Keil* uase || 23 R. LXXX Bos si aegrotare coeperit | egrotare ceperit (aegrotauerit V) || 26 uaso (uase V uaso *apogr. et Vict.*) || 28 R. LXXXI Boues ne pedes subterant

Vbi uvae variae coeperint fieri, bubus medicamen- [LXXIII tum dato quotannis, uti valeant. pellem anguinam ubi videris, tollito et condito, ne quaeras cum opus siet. eam pellem et far et salem et serpullum, haec omnia una conterito cum vino, dato bubus bibant omnibus. per aestatem boves aquam bonam et liquidam bibant semper curato: ut valeant refert.

Panem depsticium sic facito. manus mortariumque [LXXIIII bene lavato. farinam in mortarium indito, aquae paulatim addito subigitoque pulchre. ubi bene subegeris, defingito coquitoque sub testu.

Libum hoc modo facito. casei P. II bene disterat in [LXXV mortario. ubi bene distriverit, farinae siligineae libra⟨m⟩ aut, si voles tenerius esse, selibram similaginis [solum] eodem indito permiscetoque cum caseo bene. ovum unum addito et una permisceto bene. inde panem facito, folia subdito, in foco caldo sub testu coquito leniter.

Placentam sic facito. farinae siligineae L. II, unde [LXXVI solum facias, in tracta farinae L. IIII et alicae primae L. II. alicam in aquam infundito. ubi bene mollis erit, in mortarium purum indito siccatoque bene. deinde manibus depsito. ubi bene subactum erit, farinae L. IIII paulatim addito. id utrumque tracta facito. in qualo, ubi arescant, conponito. ubi arebunt, conponito puriter. cum facies [in] 2 singula tracta, ubi depsueris, panno oleo uncto tangito et circumtergeto unguitoque. ubi tracta erunt, focum, ubi cocas, calfacito bene et testum. postea farinae L. II conspargito condepsitoque. inde facito solum tenue. casei ovilli P. XIIII ne acidum et bene recens in aquam indito. ibi macerato, aquam ter mutato. inde eximito siccatoque bene paulatim manibus, siccum bene in mortarium inponito. ubi omne caseum bene siccaveris, in mortarium purum 3 manibus condepsito conminuitoque quam maxime. deinde cribrum farinarium purum sumito caseumque per cribrum

1 R. LXXXII Quomodo bubus medicamentum detur ‖ 2 quod annis ‖ 5 omnibus *om. Pol. add. apogr. et Vict.* ‖ 8 R. LXXXIII Panem depsticium sic facito ‖ 12 R. LXXXIIII Libum hoc modo facito (sic facito **Ab**) ‖ 13 *add.* v ‖ 14 *del. Keil* solam *Hauler p.* 22 ‖ 16 folia laurea *Keil* ‖ 18 R. LXXXV Placentam sic facito | siligineae *apogr. rec.* silignene **A** siligneae **V** ‖ 24 *del. Keil*

facito transeat in mortarium. postea indito mellis boni P. IIII S. id una bene conmisceto cum caseo. postea in tabula pura, quae pateat P. I, ibi balteum ponito, folia laurea uncta supponito, placentam fingito. tracta[m] singula in totum solum primum ponito, deinde de mortario tracta linito, tracta addito singulatim, item linito usque adeo, donec omne caseum cum melle abusus eris. in summum tracta[n] singula indito, postea solum contrahito ornatoque focum † de ve primo temperatoque, tunc placentam inponito, testo caldo operito, pruna insuper et circum operito. videto ut bene et otiose percoquas. aperito, dum inspicias, bis aut ter. ubi cocta erit, eximito et melle unguito. haec erit placenta semodialis.

LXXVII] Spiram sic facito. quantum voles pro ratione, ita uti placenta fit, eadem omnia facito, nisi alio modo fingito. in solo tracta cum melle oblinito bene. inde tamquam restim tractes facito, ita inponito in solo, simplicibus conpleto bene arte. cetera omnia, quasi placentam facias, facito coquitoque.

LXXVIII] Scriblitam sic facito. in balteo tractis caseo ad eundem modum facito, uti placentam, sine melle.

LXXVIIII] Globos sic facito. caseum cum alica ad eundem modum misceto. inde quantos voles facere facito. in a⟨h⟩enum caldum unguen indito. singulos aut binos coquito versatoque crebro duabus rudibus, coctos eximito, eos melle unguito, papaver infriato, ita ponito.

LXXX] Encytum ad eundem modum facito, uti globos, nisi calicem pertusum cavum habeat. ita in unguen caldum fundito. honestum quasi spiram facito idque duabus rudibus vorsato praestatoque. item unguito coloratoque caldum ne nimium. id cum melle aut cum mulso adponito.

---

4 *del.* v ‖ 5 inponito *Keil* ‖ 7 *del.* v ‖ 9 de ue primo *cum nota mendi* bene *Turn.* ‖ 14 R. LXXXVI Spiram sic facito | quantam *Keil* ‖ 17 [in solo] *Keil; cf. Hauler p. 15* ‖ 20 R. LXXXVII Scriblitam sic facito ‖ 21 sine melle (sine melle coquitoque V sine melle *apogr. et Vict.*) ‖ 22 R. LXXXVIII Globulos sic facito ‖ 24 in unguen *Keil; cf. Hauler p. 18* ‖ 27 R. LXXXVIIII Encytum sic facito ‖ 28 unguem *apogr. et Vict.* unguen V ‖ 29 † honestum *Keil; cf. Hauler p. 22* ‖ 30 uorsato *apogr. et Vict.* uersato V

Erneum sic facito tamquam placentam. eadem [LXXXI omnia indito, quae in placentam. id permisceto in alveo, id indito in irneam fictilem, eam demittito in aulam aheneam aquae calidae plenam. ita coquito ad ignem. ubi coctum erit, irneam confringito, ita ponito.

Spaeritam sic facito, ita uti spiram, nisi sic fingito. [LXXXII de tractis caseo melle spaeras pugnum altas facito. eas in solo conponito densas, eodem modo conponito atque spiram itemque coquito.

Votum pro bubus, uti valeant, sic facito. Marti, [LXXXIII Silvano in silva interdius in capita singula boum votum facito. farris L. III et lardi P. IIII S et pulpae P. IIII S, vini S. III, id in ⟨un⟩um vas liceto coicere, et vinum item in unum vas liceto coicere. eam rem divinam vel servus vel liber licebit faciat. ubi res divina facta erit, statim ibidem consumito. mulier ad eam rem divinam ne adsit neve videat quo modo fiat. hoc votum in annos singulos, si voles, licebit vovere.

Savillum hoc modo facito. farinae selibram, casei [LXXXIIII P. II S una conmisceto quasi libum, mellis P. – – et ovum unum. catinum fictile oleo unguito. ubi omnia bene conmiscueris, in catinum indito, catinum testo operito. videto ut bene percocas medium, ubi altissimum est. ubi coctum erit, catinum eximito, melle unguito, papaver infriato, sub testum subde paulisper, postea eximito. ita pone cum catillo et lingula[s].

Pultem Punicam sic coquito. libram alicae in [LXXXV aquam indito, facito uti bene madeat. id infundito in alveum purum, eo casei recentis P. III, mellis P. S, ovum

---

1 R. LXXXX Erneum sic facito | sic facito *ex rubr. pro tradito* placentum *Keil* ‖ 3 id *apogr. om.* V ‖ 6 R. LXXXXI Spaeritam sic facito ‖ 7 speras Am sphaeras V spheras b ‖ 8 adque ‖ 10 R. LXXXXII Votum pro bubus | uti A ut V *et apogr. rec.* ‖ 13 id in unum vas m idinum uas | item *Vict.* idem ‖ 17 si voles *Iuc.* uoles si ‖ 19 R. LXXXXIII Sauillum sic facito ‖ 20 ⟨addito⟩ mellis *Keil; cf. Hauler p. 17* ‖ 22 testo *apogr.* texto V *in margine veteris codicis adscriptum erat:* Huc usque de duobus emendaui hinc de uno exemplario tantum *(cf. praef.)* ‖ 26 *del. Keil* lingulis *Iuc.* ‖ 27 R. LXXXXIIII Pultem punicam sic facito | alicae v aligae ‖ 28 uti *apogr. et Vict.* ut V ‖ 29 eo ⟨addito⟩ *Keil; cf. ad* 20

unum, omnia una permisceto bene. ita insipito in aulam novam.

LXXXVI] Graneam triticeam sic facito. selibram tritici puri in mortarium purum indat, lavet bene corticemque deterat bene eluatque bene. postea in aulam indat et aquam puram cocatque. ubi coctum erit, lacte addat paulatim usque adeo, donec cremor crassus erit factus.

LXXXVII] Amulum sic facito. siliginem purgato bene, postea in alveum indat, eo addat aquam bis in die. die decimo aquam exsiccato, exurgeto bene, in alveo puro misceto bene, facito tamquam faex fiat. id in linteum novum indito, exprimito cremorem in patinam novam aut in mortarium. id omne ita facito et refricato denuo. eam patinam in sole ponito, arescat. ubi arebit, in aulam novam indito, inde facito cum lacte coquat.

LXXXVIII] Salem candidum sic facito. amphoram defracto collo puram inpleto aquae purae, in sole ponito. ibi fiscellam cum sale populari suspendito et quassato suppletoque identidem. id aliquotiens in die cotidie facito, usque adeo donec sal desiverit tabescere biduum. id signi erit: menam aridam vel ovum demittito: si natabit, ea muries erit, vel carnem vel caseos vel salsamenta quo condas. eam muriam in labella vel in patinas in sole ponito. usque adeo in sole habeto, donec concreverit. inde flos salis fiet. ubi nubilabitur et noctu sub tecto ponito; cotidie, cum sol erit, in sole ponito.

LXXXVIIII] Gallinas et anseres sic farcito. gallinas teneras, quae primum parient, concludat. polline vel farina hordeacia consparsa turundas faciat, eas in aquam intinguat, in os indat, paulatim cotidie addat: ex gula consideret, quod satis sit. bis in die farciat et meridie bibere dato:

---

1 permisceto bene *apogr. et Vict.* bene permisceto **V** ‖ 3 R. LXXXXV Graneam triticeam sic facito ‖ 4 deterat bene eluatque bene *apogr. et Vict.* deterat eluatque bene *Pol.* ‖ 5 puram ⟨addat⟩ *Keil; cf. Hauler p. 17* ‖ 8 R. LXXXXVI Amulum sic facito *Cf. Plin. 18, 76* ‖ 14 ⟨sinito⟩ arescat *Keil; cf. Hauler p. 17* | aulam (aullam *Pol.* ollam v aulam *apogr.*) ‖ 16 R. LXXXXVII Salem candidum sic facito ‖ 18 suppletoque *apogr.* supletoque **V** 23 patinas ⟨diffundito⟩ *Keil; cf. Hauler p. 17* ‖ 27 R. LXXXXVIII Gallinas et anseres sic farcito

ne plus aqua sita siet horam unam. eodem modo anserem alito, nisi prius dato bibere et bis in die, bis escam.

Palumbum recentem ⟨sic farcito⟩. u⟨b⟩i prensus [LXXXX erit, ei fabam coctam tostam primum dato, ex ore in eius os inflato, item aquam. hoc dies VII facito. postea fabam fresam puram et far purum facito et fabae tertia pars ut infervescat, tum far insipiat, puriter facito et coquito bene. id ubi excluseris, depsito bene, oleo manum unguito, primum pusillum, postea magis depses, oleo tangito depsitoque, dum poterit facere turundas. ex aqua dato, escam temperato.

Aream sic facito. locum ubi facies confodito. postea [LXXXXI amurca conspargito bene sinitoque conbibat. postea comminuito glebas bene. deinde coaequato et paviculis verberato. postea denuo amurca conspargito sinitoque arescat. si ita feceris, neque formicae nocebunt neque herbae nascentur.

Frumento ne noceat curculio neu mures tangant. [LXXXXII lutum de amurca facito, palearum paulum addito, sinito macerescant bene et subigito bene: eo granarium totum oblinito crasso luto. postea conspargito amurca omne quod lutaveris. ubi aruerit, eo frumentum refrigeratum condito: curculio non nocebit.

Olea si fructum non feret, ablaqueato. postea [LXXXXIII stramenta circumponito. postea amurcam cum aqua conmisceto aequas partes. deinde ad oleam circumfundito. ad arborem maxumam urnam conmixti sat est: ad minores arbores pro ratione indito. et idem hoc si facies ad arbores feraces, eae quoque meliores fient. ad eas stramenta ne addideris.

Fici uti grossos teneant, facito omnia quo modo [LXXXXIIII

---

3 R. LXXXXVIIII Palumbum recentem sic farcito | *add. ex rubrica* v | ubi *Keil* ui || 7 tum far (cum far V tum far *apogr. et Vict.*) || 8 excluserit A *Keil* | depsito (deponito V depsito *apogr. et Vict.*) || 9 depset *Keil* (*pro* depses) || 10 poteris v, *Pont.* | dato escam temperato (des escam temperatam V dato escam temperato *apogr.*) || 12 R. C Aream sic facito | *Cf. c. 129; Plin. 15, 33; 18, 295* || 18 R. CI Frumento ne curculio noceat | *Cf. c. 128* || 24 R. CII Olea si fructum non fert | *Cf. c. 36; Plin. 17, 263; Colum. 11, 2, 29* || 29 eae *apogr. et Vict.* hae V || 31 R. CIII Fici uti grossos teneant | *Cf. Plin. 17, 263*

oleae, et hoc amplius, cum ver adpetet, terram adaggerato bene. si ita feceris, et grossi non cadent et fici scabrae non fient et multo feraciores erunt.

LXXXXV] Convolvolus in vinia ne siet. amurcam condito, puram bene facito, in vas aheneum indito congios II. postea igni leni coquito, rudicula agitato crebro usque adeo, dum fiat tam crassum quam mel. postea sumito bituminis tertia-
2 rium et sulpuris quartarium. conterito in mortario seorsum utrumque. postea infriato quam minutissime in amurcam caldam et simul rudicula misceto et denuo coquito sub dio caelo. nam si in tecto coquas, cum bitumen et sulpur additum est, excandescet. ubi erit tam crassum quam viscum, sinito frigescat. hoc vitem circum caput et sub brachia unguito: convolvolus non nascetur.

LXXXXVI] Oves ne scabrae fiant. amurcam condito, puram bene facito, aquam ⟨in qua⟩ lupinus def⟨e⟩rverit et faecem de vino bono, inter se omnia conmisceto pariter. postea cum detonderis, unguito totas, sinito biduum aut
2 triduum consudent. deinde lavito in mari: si aquam marinam non habebis, facito aquam salsam, ea lavito. si haec sic feceris, neque scabrae fient et lanae plus et meliorem habebunt, et ricini non erunt molesti. eodem in omnes quadripedes utito, si scabrae erunt.

LXXXXVII] Amurca decocta axem unguito et lora et calciamenta et coria: omnia meliora facies.

LXXXXVIII] Vestimenta ne tiniae tangant. amurcam decoquito ad dimidium, ea unguito fundum arcae et extrinsecus et pedes et angulos. ubi ea adaruerit, vestimenta condito.
2 si ita feceris, tiniae non nocebunt. et item ligneam supellectilem omnem si ungues, non putescet, et cum ea terse-

---

1 adpetet **A c** appetet *Pol.* b ‖ 4 R. CIIII Inuoluolus conuoluolus in uinia ne siet | *Cf. Plin. 17, 264* ‖ 13 circum caput (sub caput V circum caput *apogr. et Vict.*) | brachiis *Plin. l. s. s., Keil; cf. Hauler p. 22* ‖ 14 nascetur *et in margine* nocebit (nascetur **V** c *et superscripto* l' nocebit **A** nocebit **b f** nocebit *in margine adscriptum fuisse adnotavit Vict.*) ‖ 15 R. CV Oues ne scabrae fiant | *Cf. Colum. 7, 4, 7 et Geopon. 18, 15* ‖ 16 *add. Keil* | deferverit v ‖ 20 facito (facies **V** facito *apogr.*) ‖ 24 R. CVI Amurca axem unguito | *Cf. Plin. 15, 34* ‖ 26 R. CVII Vestimenta ne tiniae tangant | *Cf. Plin. 15, 33* ‖ 27. 28 et angulos et extrinsecus [et] pedes *Keil; cf. Hauler p. 23*

ris, splendidior fiet. item ahenea omnia unguito, sed prius
extergeto bene. postea cum unxeris, cum uti voles, ex-
tergeto. splendidior erit, et aerugo non erit molesta.

Fici aridae si voles ut⟨i⟩ integrae sint, in vas [LXXXXVIIII
fictile condito. id amurca decocta unguito.

Oleum si in metretam novam inditurus eris, amurca, ita [C
uti est cruda, prius conluito agitatoque diu, ut bene con-
bibat. id si feceris, metreta oleum non bibet, et oleum
melius faciet, et ipsa metreta firmior erit.

Virgas murteas si voles cum bacis servare et item aliut [CI
genus quod vis, et si ramulos ficulneos voles cum foliis,
inter se alligato, fasciculos facito, eos in amurcam demit-
tito, supra stet amurca facito. sed ea quae demissurus eris
sumito paulo acerbiora. vas, quo condideris, oblinito plane.

Si bovem aut aliam quamvis quadrupedem serpens mo- [CII
morderit, melanthi acetabulum, quod medici vocant zmur-
naeum, conterito in vini veteris hemina. id per nares in-
dito et ad ipsum morsum stercus suillum adponito. et idem
hoc, si usus [e]venerit, homini facito.

Boves uti valeant et curati bene sint, et qui fastidient [CIII
cibum, uti magis cupide adpetant, pabulum quod dabis
amurca spargito; primo paululum, dum consuescant, postea
magis, et dato rarenter bibere conmixtam cum aqua aequa-
biliter. quarto quinto quoque die hoc sic facies. ita boves
et corpore curatiores erunt, et morbus aberit.

Vinum familiae per hiemem qui utatur. musti Q. X in [CIV
dolium indito, aceti acris Q. II eodem infundito, sapae Q. II,
aquae dulcis Q. L. haec rude misceto ter in die dies quin-
que continuos. eo addito aquae marinae veteris sextarios
LXIIII et operculum in dolium inponito et oblinito ⟨post⟩

---

4 R. CVIII Fici aridae uti integrae sint | *add. Keil ex rubrica* | *Cf. Plin. 15, 34* || 6 R. CVIIII Oleum si (si *apogr. et Vict.* sic **V**) in metretam addes | *Cf. Plin. 15, 33* || 7 combibat v conuibat || 10 R. CX Virgas murteas uti serues item aliud genus | *Cf. Plin. 15, 34* || 15 R. CXI Si bouem aut aliam quadrupedem serpens momorderit || 19 *del. Vict.* || 20 R. CXII Boues uti ualeant | sient **bf**, *fortasse recte* | *Cf. Colum. 6, 4, 4* || 24 quarto aut *Keil; cf. Hauler p. 18* || 26 R. CXIII Vinum familiae per hyemem (hiemem **Abv**) qui utatur | musti quartarios X || 27 sapae quadrantalia II || 30 *add. A. Gronov*

dies X. hoc vinum durabit tibi usque ad solstitium. siquid superfuerit post solstitium, acetum acerrimum et pulcherrimum erit.

CV] Qui ager longe a mari aberit, ibi vinum Graecum sic facito. musti Q. XX in aheneum aut plumbeum infundito, ignem subdito. ubi bullabit vinum, ignem subducito. ubi id vinum refrixerit, in dolium quadragenarium infundito. seorsum in vas aquae dulcis Q. I infundito, salis $\overset{\text{O}}{\text{M}}$ I, sinito
2 muriam fieri. ubi muria facta erit, eodem in dolium infundito. schoenum et calamum in pila contundito, quod ⟨satis⟩ siet, sextarium unum eodem in dolium infundito, ut odoratum siet. post dies XXX dolium oblinito. ad ver diffundito in amphoras. biennium in sole sinito positum esse. deinde in tectum conferto. hoc vinum deterius non erit quam Coum.

CVI] Aquae marinae ⟨concinnatio. aquae marinae⟩ Q. I ex alto sumito, quo aqua dulcis non accedit. sesquilibram salis frigito, eodem indito et rude misceto usque adeo, donec ovum gallinaceum coctum natabit, desinito miscere. eodem vini veteris vel Aminnii vel miscelli albi congios II infundito, misceto probe. postea in vas picatum confundito et oblinito. siquid plus voles aquae marinae concinnare, pro portione ea omnia facito.

CVII] Quo labra doliorum circumlinas, ut bene odorata sint et nequid viti in vinum accedat. sapae congios VI quam optimae infundito in aheneum aut in plumbeum et iris aridae contusae heminam et sertam Campanicam P. V bene odoratam una cum iri contundas quam minutissime, per cribrum cernas et una cum sapa coquas sarmentis et levi
2 flamma. conmoveto, videto ne aduras. usque coquito, dum

1, 2 solstitium V b *et* A *priore loco* solsticium c f solistitium *cod. teste Vict. (et* A *posteriore loco)* ‖ 4 R. CXIIII Qui ager a mari aberit ibi uinum graecum sic facito | *Cf. c. 24* ‖ 10 *add. Keil* ‖ 11 odoratum f v oderatum ‖ 16 R. CXV Aquae marinae concinnatio | concinnatio *ex rubr. et* aquae marinae *add. Keil*, q. I *et in margine* al'. quadrantarium ‖ 19 gallinaceum *apogr.* gallinae V ‖ 22 siquid *Pont.* siquis *(quod tutatur Hauler p. 23)* 23 ea omnia *apogr.* omnia ea V ‖ 24 R. CXVI Quo labra doliorum circumlinas ut bene odorata sint ‖ 25 cogios *Pol.* congios *apogr.* ‖ 29 leni *Keil; cf. Hauler p. 21*

dimidium excoquas. ubi refrixerit, confundito in vas picatum bene odoratum et oblinito et utito in labra doliorum.

Vinum si voles experiri duraturum sit necne, polen- [CVIII
tam grandem dimidium acetabuli in caliculum novum indito et vini sextarium de eo vino quod voles experiri eodem infundito et inponito in carbones: facito bis aut ter
inferveat. tum id percolato, polentam abicito. vinum po- 2
nito sub dio. postridie mane gustato. si id sapiet, quod in dolio est, scito duraturum: si subacidum erit, non durabit.

Vinum asperum quod erit lene et suave si voles fa- [CIX
cere, sic facito. de ervo farinam facito libras IIII et vini cyatos IIII conspargito sapa. postea facito laterculos. sinito conbibant noctem et diem. postea conmisceto cum eo vino in dolio et oblinito ⟨post⟩ dies LX. id vinum erit lene et suave et bono colore et bene odoratum.

Odorem deteriorem demere vino. testam de tegula [CX
crassam puram calfacito in igni bene. ubi calebit, eam picato, resticula alligato, testam demittito in dolium infimum leniter, sinito biduum oblitum dolium. si demptus erit odor deterior, id optime; si non, saepius facito, usque dum odorem malum dempseris.

Si voles scire, in vinum aqua addita sit necne, vascu- [CXI
lum facito de materia hederacia. vinum id, quod putabis aquam habere, eo dem[m]ittito. si habebit aquam, vinum effluet, aqua manebit. nam non continet vinum vas hederaceum.

Vinum Coum si voles facere, aquam ex alto marinam [CXII
sumito mari tranquillo, cum ventus non erit, dies LXX ante vindemiam, quo aqua dulcis non perveniet. ubi hauseris de mari, in dolium infundito, nolito inplere, quadrantalibus

---

2 odoratum v *cum aliquot apographis* oderatum || 3 R. CXVII Vinum si uoles experiri || 7 polentam v pulentam | abiicito *Beroald.* adicito (adiicito V) || 11 R. CXVIII Vinum asperum lene fieri || 13 cyatos *vel* ciatos *apogr.* cyathos V | ⟨addito⟩, conspargito *Keil; cf. Hauler p. 17* || 15 *add. A. Gronov* || 17 R. CXVIIII Odorem deteriorem demere || 21 usque dum (usque *om.* V *add. apogr.*) || 23 R. CXX Si uoles scire uinum aquam habeat necne || 24 id quot || 25 eo demittito *Keil* eodem mittito || 28 R. CXXI Vinum coum si uoles facere | *Cf. Plin. 14, 79*

quinque minus sit quam plenum. operculum inponito, re-
2 linquito qua inters⟨p⟩iret. ubi dies XXX praeterierint, trans-
fundito in alterum dolium puriter et leniter, relinquito in
imo quod des[c]iderit. post dies XX in alterum dolium item
transfundito: ita relinquito usque ad vindemiam. unde vi-
num Coum facere voles, uvas relinquito in vinea, sinito
bene coquantur, et ubi pluerit et siccaverit, tum deligito
et ponito in sole biduum aut triduum sub dio, si pluviae
non erunt. si pluvia erit, in tecto in cratibus conponito,
3 et siqua acina corrupta erunt, depurgato. tum sumito aquam
marinam Q. S. S. E, in dolium quinquagenarium infundito
aquae marinae Q. X. tum acina de uvis miscellis decarpito
de scopione in idem dolium, usque dum inpleveris. manu
conprimito acina, ut conbibant aquam marinam. ubi in-
pleveris dolium, operculo operito, relinquito qua inter-
spiret. ubi triduum praeterierit, eximito de dolio et calcato
in torculario et id vinum condito in dolia lauta et pura et
CXIII] sicca. ut odoratum bene sit, sic facito. sumito testam
picatam, eo prunam lenem indito, suffito serta et schoeno
et palma, quam habent unguentarii, ponito in dolio et
operito, ne odor exeat, antequam vinum indas. hoc facito
pridie quam vinum infundere voles. de lacu quam primum
vinum in dolia indito, sinito dies XV operta, antequam ob-
linas, relinquito qua interspiret [vinum], postea oblinito.
2 post dies XL diffundito in amphoras et addito in singulas
amphoras sapae sextarium unum. amphoras nolito inplere
nimium, ansarum infimarum fini, et amphoras in sole po-
nito, ubi herba non siet, et amphoras operito, ne aqua
accedat, et ne plus quadriennium in sole siveris. post
quadriennium in cuneum conponito et instipa⟨to⟩.
CXIV] Vinum si voles concinnare, ut alvum bonam faciat,
secundum vindemiam, ubi vites ablaqueantur, quantum
putabis ei rei satis esse vini, tot vites ablaqueato et signato.

---

2 qua interspiret **A**^{2}v qua (qui **V** qua *apogr. et Vict.*) intersiret ‖ 4 desederit **A**v, *Keil*[1] desciderit ‖ 12 q̄. X *et in marg.* al'. quadrantalia ‖ 13 de scopio *et in marg.* al'. descōpione ex̃. 17 lauta et pura *et in marg.* al'. curata ex̃. ‖ 20 in dolio (in dolia **V** in dolio *apogr.*) ‖ 24 *del. Keil (cf. 2), tutatur Hauler p. 23* ‖ 28 siet et amphoras (siet amphoras **V** siet et amphoras *apogr. et Vict.*) ‖ 30 *add. Iuc.* ‖ 31 R. CXXII Vinum si uoles concinnare ut aluum bonam faciat

earum radices circumsecato et purgato. veratri ⟨atri⟩ radices contundito in pila, eas radices dato circum vitem et stercus vetus et cinerem veterem et duas partes terrae circumdato radices vitis. terram insuper inicito. hoc vi- 2
num seorsum legito. si voles servare in vetustatem ad alvum movendam, servato, ne conmisceas cum cetero vino. de eo vino cyatum sumito et misceto aqua et bibito ante cenam. sine periculo alvum movebit.

In vinum mustum veratri atri manipulum coicito in [CXV
amphoram. ubi satis efferverit, de vino manipulum eicito. id vinum servato ad alvum movendam.

Vinum ad alvum movendam concinnare. vites cum ab- 2
laqueabuntur, signato rubrica, ne admisceas cum cetero vino. tris fasciculos veratri atri circumponito circum radices et terram insuper inicito. per vindemiam de iis vitibus quod delegeris, seorsum servato, cyatum in ceteram potionem indito. alvum movebit et postridie perpurgabit sine periculo.

Lentim quo modo servari oporteat. laserpicium aceto [CXVI
diluito, permisceto lentim aceto laserpiciato et ponito in sole. postea lentim oleo perfricato, sinito arescat. ita integra servabitur recte.

Oleae albae quo modo condiantur. antequam nigrae [CXVII
fiant, contundantur et in aquam deiciantur. crebro aquam mutet. deinde, ubi satis maceratae erunt, exprimat et in acetum coiciat et oleum addat, salis selibram in modium olearum. feniculum et lentiscum seorsum condat in acetum. si una admiscere voles, cito utito[r]. in orculam calcato. manibus siccis, cum uti voles, sumito.

Oleam albam, quam secundum vindemiam uti vo- [CXVIII

---

1 *add. Pont. ex* 9 ‖ 6 seorsum *ante* servato *add. Keil ex* 16; *cf. Hauler p. 24* | ne commisceas *apogr.* nec commisceas **V** 7 cyatum **Af** cyathum **Vc** ‖ 9 R. CXXIII In uinum mustum ueratri atri | *Cf. Plin. 14, 110* ‖ 12 R. CXXIIII Vinum ad aluum mouendam ‖ 16 seorsum **v** seorsus | cyatum **bf** ciatum **A** cyathum **Vc** ‖ 19 R. CXXV Lentim quomodo serues | *Cf. Plin. 18, 308* ‖ 23 R. CXXVI Oleae albae quomodo condiantur quomodo **m** quem ‖ 24 in aquam (in aqua **V** in aquam *apogr. et Vict.*) ‖ 26 modium (modum **V** modium *apogr.*) ‖ 28 *del. Keil* ‖ 30 R. CXXVII Oleam albam secundum uindemiam quam utaris

les, sic condito. musti tantundem addito, quantum aceti. cetera item condito ita, uti supra scriptum est.

CXIX] Epityrum album nigrum variumque sic facito. ex oleis albis nigris variisque nuculeos eicito. sic condito. concidito ipsas, addito oleum, acetum, coriandrum, cuminum, feniculum, rutam, mentam. in orculam condito, oleum supra siet. ita utito[r].

CXX] Mustum si voles totum annum habere, in amphoram mustum indito et corticem oppicato, demittito in piscinam. post dies XXX eximito. totum annum mustum erit.

CXXI] Mustaceos sic facito. farinae siligineae modium unum musto conspargito. anesum, cuminum, adipis P. II, casei libram, et de virga lauri deradito, eodem addito, et ubi definxeris, lauri folia subtus addito, cum coques.

CXXII] Vinum concinnare, si lotium difficilius transibit. capreidam vel iunipirum contundito in pila, libram indito, in duobus congiis vini veteris in vase aheneo vel in plumbeo defervefacito. ubi refrixerit, in lagonam indito. id mane ieiunus sumito cyatum: proderit.

CXXIII] Vinum ad isciacos sic facito. de iunipiro materiem semipedem crassam concidito minutim. eam infervefacito cum congio vini veteris. ubi refrixerit, in lagonam confundito et postea id utito [vini] cyatum mane ieiunus: proderit.

CXXIV] Canes interdiu clausos esse oportet, ut noctu acriores et vigilantiores sint.

CXXV] Vinum murteum sic facito. murtam nigram arfacito in umbra. ubi iam passa erit, servato ad vindemiam, in

---

3 R. CXXVIII Epityrum album nigrum uariumque sic facito | 7 *del. Keil* || 8 R. CXXVIIII Mustum si uoles totum annum habere || 10 dies *Keil* diem || 11 R. CXXX Mustaceos sic facito || 15 R. CXXXI Vinum concinnare ad lotium | capreidam m capidam (cap̄idam?) *et in margine* capidam || 16 iunipirum *apogr.* iuniperum V || 17 uaso *Keil* || 19 cyatum *vel* ciatum *apogr.* cyathum V || 20 R. CXXXII Vinum ad isciacos concinnare | isciacos *apogr.* ischiacos V | iunipiro **Abf** iunipero VA^{2}c || 23 *del. Keil* | cyatum *apogr.* cyathum V | mane *apogr. om. Pol.* || 25 R. CXXXIII Ut interdiu canes clausos habeas | *Haec praecepta de canibus (cf. Varr. 1, 21) alieno loco exstare Pontedera monuit* || 27 R. CXXXIIII Vinum murteum sic facito | murteum *apogr.* murtheum *Pol.* | *Cf. Plin. 14, 104; 15, 123*

urnam musti contundito murtae semodium, id oblinito. ubi desiverit fervere mustum, murtam eximito. id est ad alvum crudam et ad lateris dolorem et ad coeliacum.

Ad tormina, et si alvus non consistet, et si taeniae [CXXVI
et lumbrici molesti erunt. XXX mala Punica acerba sumito, contundito, indito in urceum et vini nigri austeri congios III. vas oblinito. post dies XXX aperito et utito: ieiunus heminam bibito.

Ad dyspepsiam et stranguriam mederi. malum [CXXVII
Punicum ubi florebit, conligito, tris minas in amphoram infundito, vini Q. I veteris addito et feniculi radicem puram contusam minam. oblinito amphoram et post dies XXX aperito et utito[r]. ubi voles cibum concoquere et lotium facere, hinc bibito quantum voles sine periculo. idem vinum taenias perpurgat et lumbricos, si sic concinnes. incenatum iubet⟨o⟩ esse. postridie t[h]uris drachmam unam 2
conterito et mel coctum drachmam unam et vini sextarium originiti. dato ieiuno, et puero pro aetate triobolum et vini heminam. supra pilam inscendat et saliat decies et deambulet.

Habitationem delutare. terram quam maxime cre- [CXXVIII
tosam vel rubricosam, eo amurcam infundito, paleas indito. sinito quadriduum fracescat. ubi bene fracuerit, rutro concidito. ubi concideris, delutato. ita neque aspergo nocebit, neque mures cava facient, neque herba nascetur, neque lutamenta scindent se.

Aream, ubi frumentum teratur, sic facito. confo- [CXXIX
diatur minute terra, amurca bene conspargatur et conbibat quam plurimum. conminuito terram et cylindro aut pavicula coaequato. ubi coaequata erit, neque formicae molestae erunt, et cum pluerit, lutum non erit.

---

4 R. CXXXV Ad tormina et si aluus non consistet et ad tenias et lumbricos | consistet *apogr. et Vict.* consistat **V** || 9 R. CXXXVI Ad dyspepsiam et stranguriam || 13 *del. Keil* | conquoquere || 16 *add. Keil* | drachmam (drachmam *Vict.* dracmam A dragmam **b c**) unam conterito *apogr. et Vict.* drachmam conterito **V** || 18 origaniti ⟨addito⟩ *Keil; cf. Hauler p. 17* || 21 R. CXXXVII Habitationem delutare | *Cf. c. 92* || 27 R. CXXXVIII Area quomodo fiat | sic facito (sic facies **V** sic facito *apogr. et Vict.*) | *Cf. c. 91; Plin. 15, 33; 18, 295* || 31 cum pluerit (cum pluet **V** cum pluerit *apogr. et Vict.*)

CXXX] Codicillos oleagineos et cetera ligna amurca cruda perspargito et in sole ponito, perbibant bene. ita neque fumosa erunt et ardebunt bene.

CXXXI] Piro florente dapem pro bubus facito. postea verno arare incipito. ea loca primum arato, quae rudecta harenosaque erunt. postea uti quaeque gravissima et aquosissima erunt, ita postremo arato.

CXXXII] Dapem hoc modo fieri oportet. Iovi dapali culignam
vini quantam vis polluceto. eo die feriae bubus et bubul-
cis et qui dapem facient. cum pollucere oportebit, sic fa-
cies: 'Iuppiter dapalis, quod tibi fieri oportet in domo fa-
milia mea culignam vini dapi, ei⟨us⟩ rei ergo macte hac
illace dape pollucenda esto.' manus interluito, postea vi-
2 num sumito: 'Iuppiter dapalis, macte istace dape pollu-
cenda esto, macte vino inferio esto.' Vestae, si voles, dato.
daps Iovi assaria pecunia urna vini. Iovi caste profanato
sua contagione. postea dape facta serito milium, panicum,
alium, lentim.

CXXXIII] Propagatio pomorum ceterarumque arborum. ar-
boribus ab⟨s⟩ terra pulli qui nati erunt, eos in terram de-
2 primito, extollito, uti radicem capere possint. inde, ubi
tempus erit, effodito seritoque recte. ficum, oleam, malum
Punicum, mala strutea, Cotonia aliaque mala omnia, laurum
Cypriam, Delphicam, prunum, murtum coniugulum et mur-
tum album et nigrum, nuces Abellanas, Praenestinas, pla-
tanum, haec omnia genera a capitibus propagari eximique
3 ad hunc modum oportebit. quae diligentius seri voles, in
calicibus seri oportet. in arboribus radices uti capiant, ca-
licem pertusum sumito tibi aut quasillum: per eum ramu-
lum transserito: eum quasillum terra inpleto calcatoque, in

---

1 R. CXXXVIIII Ligna amurca spargantur | *Cf. Plin. 15, 34* 4 R. CXL Piro florente dapem pro bubus fieri | *Cf. c. 50; Plin. 18, 243* || 8 R. CXLI Dapem quomodo facias || 11 iuppiter *apogr.* Iupiter **V** || 12 eius rei ergo v ei rei ergo || 14 iuppiter **Ab** Iupiter **Vc** || 16 pecuina v, *Hauler p. 24* || 19 R. CXLII Propagatio pomorum | *Cf. c. 51. 52; Plin. 17, 97* || 20 *add. Keil (cf. c. 51)* 23 cotonea **Acf** cotonia **Vb** || 24 *Cf. c. 8, 2; Plin. 15, 122. 127* | mirtum *utroque loco apogr.* myrtum **V** | coniugulum v coniuolum *Pol.* conuiolum *apogr.* || 29 quasillum *apogr. et Vict.* quasilum *Pol.* (quassilum v) | per eum v per ea || 30 quasillum *apogr. et Vict.* quassilum **V**

arbore relinquito. ubi bimum erit, ramum tenerum infra praecidito, cum quasillo serito. eo modo quod vis genus arborum facere poteris uti radices bene habeant. item 4
vitem in quasillum propagato terraque bene operito, anno post praecidito, cum qualo serito.

Priusquam messim facies, porcam praecidaneam [CXXXIV
hoc modo fieri oportet. Cereri porca praecidanea porco femina, priusquam hasce fruges condas, far, triticum, hordeum, fabam, semen rapicium. t[h]ure vino Iano Iovi Iunoni praefato, priusquam porcum feminam inmolabis. Iano 2
struem [c]ommoveto sic: 'Iane pater, te hac strue ommovenda bonas preces precor, uti sies volens propitius mihi liberisque meis domo familiaeque meae.' fertum Iovi ⟨om⟩moveto et mactato sic: 'Iuppiter, te hoc fer[c]to obmovendo bonas preces precor, uti si⟨e⟩s volens propitius mihi liberisque meis domo familiaeque meae mactus hoc fer[c]to'. postea Iano vinum dato sic: 'Iane pater, uti te 3
strue [c]ommovenda bonas preces bene precatus sum, eiusdem rei ergo macte vino inferio[ri] esto'. postea Iovi sic: 'Iuppiter macte isto fer[c]to esto, macte vino inferio[ri] esto'. postea porcam praecidaneam inmolato. ubi ext[r]a 4
prosecta erunt, Iano struem [c]ommoveto mactatoque item, uti prius obmoveris. Iovi fer[c]tum obmoveto mactatoque item, uti prius feceris. item Iano vinum dato et Iovi vinum dato, item uti prius datum ob struem obmovendam et fertum libandum. postea Cereri exta et vinum dato.

Romae tunicas, togas, saga, centones, sculponeas: [CXXXV
Calibus et Minturnis cuculliones, ferramenta, falces, palas, ligones, secures, ornamenta, murices, catellas: Venafro palas. Suessae et in Lucanis plostra, treblae: Albae, Romae dolia, labra: tegulae ex Venafro. aratra in terram validam 2

2 quasillo *apogr. et Vict.* quasilo *Pol.* (quassilo v) ‖ 4 quasillum *apogr. et Vict.* quasilum *Pol.* (quassilum v) ‖ 6 R. CXLIII *loco inscriptionis vacuo relicto* | messem **V** messis **A** messim *apogr. rec. et Vict.* ‖ 8 condas *Keil* condantur *(cf. Hauler p. 24)* ‖ 11 *del. Keil* ‖ 13 *add. Keil* ‖ 14 iuppiter *apogr.* Iupiter **V** ferto **bfv** ‖ 15 *add.* **bfv** ‖ 17 fercto **Abf** ferto **Vc** ‖ 18 *del. Keil* ‖ 19 *del. Meurs.* ‖ 20 iuppiter *apogr.* Iupiter **V** | ferto *Keil* | *del. Meurs.* ‖ 21 extra *apogr.* exta *Pol. et Vict.* ‖ 22 itano struem *apogr.* Iano struem *Pol. et Vict.* | *del. Keil* ‖ 23 *del.* v ‖ 27 R. CXLIIII Tunicae et ceterae res ubicumque emantur ‖ 28 Minturnis v menturnis ‖ 30 albae *Keil*

2 Romanica bona erunt, in terram pull[e]am Campanica: iuga
Romanica optima erunt: vomeris indutilis optimus erit. tra-
peti Pompeis, Nolae ad Rufri maceriam: claves, clostra
Romae: hamae, urnae oleariae, urcei aquarii, urnae vina-
riae, alia vasa ahenea Capuae, Nolae: fiscinae Campanicae
3 † eame utiles sunt. funes subductarios, spartum omne Ca-
puae: fiscinas Romanicas Suessae, Casino * optimae erunt
Romae.

Funem torculum siquis faciet, Casini L. Tunnius, Vena-
fri C. Mennius L. F. eo indere oportet coria bona VIII
nostratia, recentia quae depsta sient, quam minimum salis
habeant. ea depsere et unguere unguine prius oportet,
4 tum siccare. funem exordiri oportet longum P. LXXII. toros
III habeat, lora in toros singulos VIIII lata digitos II. cum
tortus erit, longus P. XLVIIII. in conmissura abibit P. III,
rel. erit P. XLVI. ubi extentus erit, accedent P. V: longus
erit P. LI. funem torculum extentum longum esse oportet
5 P. LV maximis vasis, minoribus P. LI. funem loreum in
plostrum iustum P. LX, semifunium P. XLV, lora retinacula
in plostrum P. XXXVI, ad aratrum P. XXVI, lora praeducto-
ria P. XXVII S, sub⟨i⟩ugia in ⟨p⟩lostrum lora P. XIX, funi-
culum P. XV, in aratrum subiugia lora P. XII, funiculum
P. IIX.

6 Trapetos latos maximos P. IIII S, orbis altos P. III S, orbis
medios, ex lap[r]icaedinis cum eximet, crassos pedem et
palmum, inter miliarium et labrum P. II digitos II, labra
crassa digitum. secundarium trapetum latum P. IIII et pal-
mum, inter miliarium et labrum pes unus digitus unus,
labra crassa digitos V, orbis altos P. III et digitos V, crassos
P. I et digitos III. foramen in orbis semipedem quoquo

---

1 *del.* v || 4 oleariae b v oliariae || 5. 6 *signum mendi add. Keil* Campanicae oleariae utiles *Pont.; cf. Hauler p. 25* || 6 subductarios *apogr.* subductarius **V** || 7 *lacunam indicavit Keil* || 15 abibunt *luc., Keil* || 16 rel. erit = reliquom erit, *pro quibus* reliqui erunt *Keil; cf. praef.* || 17 *Cf. c. 63* || 19 iustum p. LX *apogr.* iustum p. XL **V** || 21 *add. apogr. rec. et* v | plostrum *c. 63* lustrum || 24 *Cf. c. 22* || 25 lapicaedinis *Iordan ephem. litt. germ. a. 1882 p. 1528* lapricedinis *(cf. Plaut. Capt. 1000)* || 26 et digitos *Keil; cf. Hauler p. 18* || 30 *Cf. c. 19, 1* | orbis *Keil.* orbes | semipedem v semipedes (semiped *Pol.* b c) | quoque uersum **A** c f quoquo versum **V** b *(cf. 57, 1)*

versum facito. tertium trapetum latum P. IIII, inter miliarium 7 et labrum P. I, labrum digitos V, orbis altos P. III digitos III, crassos P. I et digitos II. trapetum ubi arvectum erit, ubi statues, ibi accommodato concinnatoque.

Politionem quo pacto ⟨partiario⟩ dari oporteat. [CXXXVI in agro Casinate et Venafro in loco bono parti octava corbi dividat, satis bono septima, tertio loco sexta; si granum modio dividet, parti quinta. in Venafro ager optimus nona parti corbi dividat. si communiter pisunt, qua ex parte politori pars est, eam partem in pistrinum politor. hordeum quinta modio, fabam quinta modio dividat.

Vineam curandam partiario. bene curet fundum, [CXXXVII arbustum, agrum frumentarium. partiario faenum et pabulum, quod bubus satis siet, qui illic sient. cetera omnia pro indiviso.

Boves feriis coniungere licet. haec licet facere: [CXXXVIII arvehant ligna, fabalia, frumentum, quod non † daturus erit. mulis, equis, asinis feriae nullae, nisi si in familia sunt.

Lucum conlucare Romano more sic oportet. porco [CXXXIX piaculo facito, sic verba concipito: 'si deus, si dea es, quoium illud sacrum est, uti tibi ius est porco piaculo facere illiusce sacri coercendi ergo harumque rerum ergo, sive ego sive quis iussu meo fecerit, uti id recte factum siet, eius rei ergo te hoc porco piaculo inmolando bonas preces precor, uti sies volens propitius mihi domo familiaeque meae liberisque meis: haru⟨m⟩ce rerum ergo macte hoc porco piaculo inmolando esto'. si fodere voles, [CXL

---

2 labrum *posterius om.* V *add. apogr. et Vict.* | orbis aliós (*ubi* orbis altus *Iuc.*) | et digitos *Keil; cf. Hauler p. 18* || 4 ibi accommodato *Schoettgen* ibi e (et V) commodato || 5 R. CXLV Politionem quo pacto dari oporteat | Politionem — oporteat *post rubr. om. in initio capitis posuit Gesner* (partiario *suppl. Keil*, redemptori *idem in comm. ex ind. CXLVI*) || 6 parti *Keil* parte || 7 bono *Meurs.* bona || 12 R. CXLVI Vineam redemptori partiario ut des || 16 R. CXLVII Boues feriis coniungere licet | *Cf. Colum.* 2, 21, 5 || 17 *corruptelam indicavit Keil*, *idem* quod conditurus *in comm.* || 19 R. CXLVIII *loco inscriptionis vacuo relicto* | *Cf. Plin.* 17, 267 || 20 si dea es quoium *Vict.* si deae squoium 26 *add.* v || 27 si fodere] R. CXLVIIII *(loco inscriptionis vacuo relicto)* Si fodere | uoles *Weise Quaest. Cat. p. 112 (cf. index capitulorum)* uelis

altero piaculo eodem modo facito, hoc amplius dicito: 'operis faciundi causa'. dum opus, cotidie per partes facito. si intermiseris aut feriae publicae aut familiares intercesserint, altero piaculo facito.

CXLI] Agrum lustrare sic oportet. impera suovitaurilia circumagi: 'cum divis volentibus quodque bene eveniat, mando tibi, Mani, uti illace suovitaurilia fundum agrum terramque meam quota ex parte sive circumagi sive cir-
2 cumferenda censeas, uti cures lustrare'. Ianum Iovemque vino praefamino, sic dicito: 'Mars pater, te precor quaesoque uti sies volens propitius mihi domo familiaeque nostrae, quoius rei ergo agrum terram fundumque meum suovitaurilia circumagi iussi, uti tu morbos visos invisosque, viduertatem vastitudinemque, calamitates intemperiasque prohibessis defendas averruncesque; utique tu fruges, frumenta, vineta virgultaque grandire beneque evenire siris,
3 pastores pecuaque salva servassis duisque bonam salutem valetudinemque mihi domo familiaeque nostrae: harumce rerum ergo, fundi terrae agrique mei lustrandi lustrique faciendi ergo, sicuti dixi, macte hisce suovitaurilibus lactentibus inmolandis esto: Mars pater, eiusdem rei ergo macte
4 hisce suovitaurilibus lactentibus esto'. item [esto item] cultro facito struem et fertum uti adsiet, inde obmoveto. ubi porcum inmolabis, agnum vitulumque, sic oportet: 'eiusque rei ergo macte suovitaurilibus inmolandis esto'. † nominare vetat Martem neque agnum vitulumque. si minus in omnis litabit, sic verba concipito: 'Mars pater, siquid tibi in illisce suovitaurilibus l⟨act⟩entibus neque satisfactum est, te hisce suovitaurilibus piaculo'. si ⟨in⟩ uno duobusve dubitabit, sic verba concipito: 'Mars pater, quod tibi illoc porco neque satisfactum est, te hoc porco piaculo'.

CXLII] Vilici officia quae sunt, quae dominus praecepit, ea

---

5 R. CL *loco inscriptionis vacuo relicto* | imperas uouitaurilia || 7 mani *apogr.* inani V | uti illa es uoui taurilia *et in margine* uti illace suouitaurilia *Pol.* || 8 circumagi ⟨iubes⟩ *Keil* || 10 uino *apogr.* uiuo V || 13 tu morbos *Iuc.* tum orbos || 18 harunce || 22 *del. Iuc.* 26 † *add. Keil* || 28 tibi in (in *om.* V *add. apogr.*) illisces uouitaurilibus lentibus (*ubi* lactentibus v) | 29 *add. Keil* || 30 dubitabit *Keil* dubitauit || 31 illoc *Meurs.* illuc || 32 R. CLI Vilici officia | *Cf. c. 5* | dominus A m domino | praecepit *ed. Commelini* praeceps

omnia quae in fundo fieri oportet quaeque emi pararique oportet, quo modoque cibaria, vestimenta familiae dari oportet, eadem uti curet faciatque moneo dominoque dicto audiens sit. hoc amplius, quo modo vilicam uti oportet et quo modo eae imperari oportet, uti adventu domini quae opus sunt parentur curenturque diligenter. vilicae [CXLIII quae sunt officia, curato faciat. si eam tibi dederit dominus uxorem, ea esto contentus. ea te metuat facito. ne nimium luxuriosa siet. vicinas aliasque mulieres quam minimum utatur neve domum neve ad sese recipiat. ad cenam nequo eat neve ambulatrix siet. rem divinam ni faciat neve mandet, qui pro ea faciat, iniussu domini aut dominae. scito dominum pro tota familia rem divinam facere. munda siet: villam conversam mundeque habeat: 2 focum purum circumversum cotidie, priusquam cubitum eat, habeat. Kalendis, Idibus, Nonis, festus dies cum erit, coronam in focum indat, per eosdemque dies lari familiari pro copia supplicet. cibum tibi et familiae curet uti coctum habeat. gallinas multas et ova uti habeat. pira arida, sorba, 3 ficos, uvas passas, sorba in sapa et pira et uvas in doliis et mala strut[h]ea, uvas in vinaciis et in urceis in terra obrutas et nuces Praenestinas recentes in urceo in terra obrutas habeat. mala Scanti[ni]ana in doliis et alia quae condi solent et silvatica, haec omnia quotannis diligenter uti condita habeat. farinam bonam et far suptile sciat facere.

Oleam legendam hoc modo locare oportet. oleam [CXLIV cogito recte omnem arbitratu domini, aut quem custodem fecerit, aut cui olea venierit. oleam ne stringito neve verberato iniussu domini aut custodis. si adversus ea quis fecerit, quod ipse eo die delegerit, pro eo nemo solvet neque debebitur. qui oleam legerint, omnes iu⟨ra⟩nto ad dominum aut ad custodem sese oleam non subripuisse ne-

---

2 quomodoque (quomodo quae **V** c quum quae b quomodoque **A** f *Vict.*) ‖ 6 R. CLII Vilicae officia ‖ 12 pro ea (propter eā **V** pro ea *apogr. et Vict.*) ‖ 17 eosdemque *apogr. et Vict.* eos denique *Pol.* ‖ 19 *Cf. c. 7 et Plin. 15, 85* ‖ 19. 20 sorua *utroque loco* ‖ 22 *Cf. Plin. 15, 90* ‖ 23 scantiana *cum Plin. 15, 50* v; *cf. c. 7* ‖ 24 quod annis ‖ 27 R. CLIII Lex oleae legendae 29 *Cf. Plin. 15, 11* ‖ 31 eo die *Iuc.* hodie | legerit *Iuc.* ‖ 32 *add.* v

que quemquam suo dolo malo ea oletate ex fundo L. Manli. qui eorum non ita iuraverit, quod is legerit omne, pro eo argentum nemo dabit neque debebitur. oleam cogi recte satis dato arbitratu L. Manli. scalae ita uti datae erunt, ita reddito, nisi quae vetustate fractae erunt. si non erunt
3 reddet † eaeque arbitratu deducetur. siquid redemptoris opera domino damni datum erit, resolvito: id viri boni arbitratu deducetur. legulos, quot opus erunt, praebeto et s⟨tr⟩ictores. si non praebuerit, quanti conductum erit aut locatum erit, deducetur: tanto minus debebitur. de fundo ligna et oleam ne deportato. qui oleam legerit, qui deportarit, in singulas deportationes ~~SS~~. N. II deducentur neque
4 id debebitur. omnem oleam puram metietur modio oleario. adsiduos homines L praebeto, duas partes strictorum praebeto. nequis concedat, quo olea legunda et faciunda carius locetur, extra quam siquem socium inpraesentiarum dixerit. siquis adversum ea fecerit, si dominus aut custos volent,
5 iurent omnes socii. si non ita iuraverint, pro ea olea legunda et faciunda nemo dabit neque debebitur ei qui non iuraverit. accessiones: in $\overset{O}{M}$ ∼ CC accedit oleae salsae $\overset{O}{M}$ V, olei puri P. VIIII, in tota oletate [~~SS~~ V] aceti Q. V. quod oleae salsae non acceperint, dum oleam legent, in modios singulos S. S. ~~SS~~ ⟨V⟩ dabuntur.

CXLV] Oleam faciundam hac lege oportet locare. facito recte arbitratu domini aut custodis, qui id negotium curabit. si sex iugis vasis opus erit, facito. homines eos dato, qui placebunt aut custodi aut quis eam oleam emerit. † trapeti facito. si operarii conducti erunt aut facienda locata

1 oleitate v oleatate *(cf. cap. 68)* ‖ 6 eęque | si non reddet aequom ⟨solvito, id viri boni⟩ arbitratu *ex 146, 3 Keil.* si non erunt redditae, aequom ⟨viri boni⟩ arbitratu *Mommsen, Hauler p. 25* | deducetur v reducetur ‖ 9 *add. Vict. cum* A ‖ 11 ne deportato *plurima apogr.* non deportato Vb ‖ 15 faciunda fv facienda ‖ 20 *interpunxit Mommsen cum aliis.* accessiones . . . accedent *cum Iuc. Keil (cf. 56, 15)* ‖ 21 oleitate v *(cf. c. 68) del. Keil* ‖ 22 acceperint *apogr.* acceperunt V ‖ 23 S. S. ~~SS~~ V dabuntur *Keil* ~~SS~~ S̄. S dabuntur ‖ 24 R. CLIIII Lex oleae faciundae ‖ 27 domino aut *Usener Mus. Rhen. a. 1864 p. 141, Keil* | *crucem addidi* trapetis *Schn.* trapetum *Keil* | *an* em⟨erit. si opus⟩ erit trapeti (*vel* trapetis)?

erit, pro eo resolvito, aut deducetur. oleum ne tangito 2 utendi causa neque furandi causa, nisi quod custos dederit aut dominus. si sumpserit, in singulas sumptiones ~~SS~~. N. XL deducentur neque debebitur. factores, qui oleum fecerint, omnes iuranto aut ad dominum aut ad custodem sese de fundo L. Man[i]li[i] neque alium quemquam suo dolo malo oleum neque oleam subripuisse. qui eorum non ita iura- 3 verit, quae eius pars erit, omne deducetur neque debebitur. socium nequem habeto, nisi quem dominus iusserit aut custos. siquid redemptoris opera domino damni datum erit, viri boni arbitratu deducetur. si vir⟨i⟩de[m] oleum opus siet, facito. accedet oleum et sale suae usioni quod satis siet, vasarium vict. II.

Oleam pendentem hac lege venire oportet. olea [CXLVI pendens in fundo Venafro venibit. qui oleam emerit, amplius quam quanti emerit omnis pecuniae centesima accedet, praeconium praesens ~~SS~~. L et oleum: romanici P. ∞ D, viridis P. CC, oleae caducae $\overset{O}{M}$ L, strictivae $\overset{O}{M}$ X, modio oleario mensum dato, unguinis P. X. ponderibus modiisque domini dato † iri pri primae cotulas duas. dies argento 2 ex K. Nov. mensum X oleae legendae faciendae quae locata est, et si emptor locarit, Idibus solvito. recte haec dari fierique satisque dari domino, aut cui iusserit, promittito satisque dato arbitratu domini. donicum solutum erit aut ita satis datum erit, quae in fundo inlata erunt, pigneri sunto: nequid eorum de fundo deportato: siquid deportaverit, domini esto. vasa torcula, funes, scalas, tra- 3 petos, siquid et aliut datum erit, salva recte reddito, nisi quae vetustate fracta erunt. si non reddet, aequom solvito. si emptor legulis et factoribus, qui illic opus fecerint, non solverit, cui dari oportebit, si dominus volet, solvat. emptor domino debeto et id satis dato, proque ea re ita uti S. S. E item pignori sunto.

---

1 erunt *Keil: immo* olea *subaudiendum* ‖ 6 Manlii v ‖ 11 uiride v virde *Jordan* ‖ 14 R. CLV Lex oleae pendentis ‖ 17 olei *Keil* 20 *signum corruptelae add. post alios Keil.* frugis primae *Hauler p. 26* ‖ 23 cui iusserit *optima apogr.* cui ius erit *Pol.* ‖ 28 siquit et aliut *codex.* et siquid aliud *Iuc.; cf. Loefstedt 'Peregr. Aeth.' p. 317*

CXLVII] Hac lege vinum pendens venire oportet. vinaceos inlutos et faecem relinquito. locus vinis ad K. Octob. primas dabitur. si non ante ea exportaverit, dominus vino quid volet faciet. cetera lex, quae oleae pendenti.

CXLVIII] Vinum in doliis hoc modo venire oportet. vini in culleos singulos quadragenae et singulae urnae dabuntur. quod neque aceat neque muceat, id dabitur. in triduo proxumo viri boni arbitratu degustato. si non ita fecerit, vinum pro degustato erit. quot dies per dominum mora fuerit, quo minus vinum degustet, totidem dies emptori procedent. vinum accipito ante K. Ian. primas. si non ante acceperit, dominus vinum admetietur. quod admensus erit, pro eo [dominus] re[m]solvito. si emptor postularit, dominus ius iurandum dabit verum fecisse. locus vinis ad K. Octobres primas dabitur. si ante non deportaverit, dominus vino quid volet faciet. cetera lex, quae oleae pendenti.

CXLIX] Qua lege pabulum hibernum venire oporteat. qua vendas fini[s] dicito. pabulum frui occipito ex Kal. Septembribus. prato sicco decedat, ubi pirus florere coeperit: prato inriguo, ubi super inferque vicinus permittet, tum decedito, vel diem certam utrique facito. cetero pabulo Kal. Martiis <de>cedito. bubus domitis binis, cantherio u[i]ni, cum emptor pascet, domino pascere recipitur. holeris, asparagis, lignis, aqua, itinere, actu domini usioni recipitur. siquid emptor aut pastores aut pecus emptoris domino damni dederit, v<iri> boni a<rbitratu> resolvat. siquid dominus aut familia aut pecus emptori damni dederit, viri boni arbitratu resolvetur. donicum pecuniam <solverit aut> satisfecerit aut delegarit, pecus et familia, quae illic erit,

---

1 R. CLVI Lex uini (uino **Ab** uini **V** *et Vict.*) pendentis ‖ 3 [ea] exportaverit *Keil.* ea exportaueris *(cf. v. 15)* ‖ 4 quid uolet (quod uolet **V** quid uolet *apogr. et Vict.*) ‖ 5 R. CLVII Lex uino in doliis ‖ 9 quod dies ‖ 13 dominus, pro eo *Keil.* pro eo domino *Pont.* (dominus *del. Mommsen*) | resolvito v rem solvito ‖ 17 R. CLVIII Lex pabulo ‖ 18 *del. Turn. Adv. 10, 18* ‖ 19 pirus **Vcf** prius **Ab** ‖ 20 permittet v promittet (submittet *Mommsen*) ‖ 22 *add.* v | binis m bimis | canterio uni v ‖ 26 viri boni arbitratu resolvat *Keil duce Iuc.* boniuare soluat (= boni viri arbitratu resoluat) ‖ 28 *add. Rudorff Ind. lect. Berol. aestiv. a. 1846*

pigneri sunto. siquid de iis rebus controversiae erit, Romae iudicium fiat.

[CL Fructum ovium hac lege venire oportet. in singulas casei P. I S dimidium aridum, lacte feriis quod mulserit dimidium et praeterea lactis urnam unam: hisce legibus, agnus diem et noctem qui vixerit in fructum: et Kal. Iun. emptor fructu decedat; si interkalatum erit, K. Mais. agnos 2 xxx ne amplius promittat. oves quae non pepererint binae pro singulis in fructu cedent. † die lanam et agnos vendat menses x ab coactore releget. porcos serarios in oves denas singulos pascat. conductor duos menses pastorem praebeat. donec domino satisfecerit aut solverit, pignori esto.

[CLI Semen cupressi quo modo legi seri propagarique oporteat et quo pacto cupresseta seri oporteat, Minius Percennius Nolanus ad hunc modum monstravit. semen cupressi 2 Tarentinae per ver legi oportet; materiem, ubi hordeum flavescit. id ubi legeris, in sole ponito, semen purgato. id aridum condito, uti aridum expostum siet. per ver serito in loco ubi terra tenerrima erit, quam pullam vocant, ubi aqua propter siet. eum locum stercorato primum bene stercore caprino aut ovillo, tum vortito bipalio, terram cum stercore bene permisceto, depurgato ab herba graminibusque, bene terram conminuito. areas facito pedes latas qua- 3 ternos: subcavas facito, uti aquam continere possint: inter eas sulcos facito, qua herbas de areis purgare possis. ubi areae factae erunt, semen serito crebrum, ita uti linum seri solet. eo cribro terram incernito, dimidiatum digitum terram altam succernito. id bene tabula aut manibus aut

3 R. CLVIIII Fructus ouium qua lege ueneat (uenierit V ueneat *apogr. et Vict.*) || 4 pondo ·I· S. dimidium v p. is. dimidium || 9 *corruptelae signum add. Keil* (ex quo die *Mommsen*) || 10 deleget *Gronov* || 14. 15 R. CLX Cupressum quomodo seras. semen cupressi q̄n legi seri propagarique oporteat: *unde verba* Semen cupressi quando legi seri propagarique oporteat *post rubricam omissa in initio capitis posuit Vict.* (quo modo legi A *et* m) | *Cf. c. 48; Plin. 16, 139. 141* || 15 Minius *tutatur Vetter 'Wien. Stud.' XXIX p. 326 sqq.* Manius *Vict., Keil* | percennius *apogr. et Vict.* parcēnius *Pol.* (parthenius v) || 20 *Cf. Plin. 17, 36* || 25 uti aquam *apogr. et Vict.* uti cauae aquam V || 27 *Cf. Gell. 3, 14, 17*

4 pedibus conplanato. siquando non pluet, uti terra sitiat, aquam inrigato leniter in areas. si non habebis unde inriges, gerito inditoque leniter. quotienscumque opus erit, facito uti aquam addas. si herbae natae erunt, facito uti ab herbis purges. quam tenerrimis herbis, et quotiens opus erit, purges. per aestatem ita ⟨uti⟩ dictum est fieri oportet, et ubi semen satum siet, stramentis operiri; ubi germinascere coeperit, tum demi.

CLII] De scopis virgeis, Q. A. M. Manlii monstraverunt. in diebus XXX, quibus vinum legeris, aliquotiens facito scopas virgeas ulmeas aridas, in asserculo alligato, eabus latera doliis intrinsecus usque bene perfricato, ne faex in lateribus adhaerescat.

CLIII] Vinum faecatum sic facito. fiscinas olearias Campanicas duas illae rei habeto. eas faecis inpleto sub prelumque subdito exprimitoque.

CLIV] Vinum emptoribus sine molestia quo modo admetiaris. labrum culleare illae rei facito. id habeat ad summum ansas IIII, uti transferri possitur. id imum pertundito: ea fistulam subdito, uti opturarier recte possit: et ad summum, qua fini culleum capiet, pertundito. id in suggestu inter dolia positum habeto, uti in culleum de dolio vinum salire possit. id inpleto, postea obturato.

CLV] Per hiemem aquam de agro depelli oportet. in monte fossas inciles puras habere oportet. prima autumnitate cum pulvis est, tum maxime ab aqua periculum est. cum pluere incipiet, familiam cum ferreis sarculisque exire oportet, incilia aperire, aquam diducere in vias et [segetem] curare

4 facito uti aquam *apogr.* facies uti aquam V ‖ 5 tenerrimis herbis et *apogr. et Vict.* tenerrimis et V ‖ 6 *add.* v ‖ 7 germinascere *Meurs.* germen nascere ‖ 9 R. CLXI De scopis uirgeis | De scopis virgeis *om. post rubricam in initio capitis posuit Gesner* ‖ 10 *Cf. c. 26* ‖ 14 R. CLXII De uino faecato *Cf. Plin. 14, 86* ‖ 17 R. CLXIII Vinum emptoribus quo modo admetiaris ‖ 20 opturarier recte *Pol.* opturarierecte (obturarier rite v obturari erete *vel* crete A obturari erecte bf opturari errecte c) *apogr.; cf. Hauler p. 14* ‖ 22 uti in (uti hoc in V uti in *apogr. et Vict.*) | de dolio uinum *Pont.* decouinum 24 R. CLIIII Per hiemem aquam de agro (de agro aquam V aquam de agro *apogr. et Vict.*) depellere ‖ 25 inciles puras (inciles pellere puras *Pol.* iniciles pellere puras m pellere *om. rel. apogr. et* v) ‖ 28 segetem *del. Keil*

oportet uti fluat. in villa, cum pluet, circumire oportet, sicu- 2 bi perpluat, et signare carbone, cum desierit pluere, uti tegula mutetur. per segetem in frumentis aut in segete aut in fossis sicubi aqua constat aut aliquid aquae obstat, id emittere, patefieri removerique oportet.

De brassica quod concoquit. brassica est quae om- [CLVI nibus holeribus antistat. eam esto vel coctam vel crudam. crudam si edes, in acetum intinguito. mirifice concoquit, alvum bonam facit, lotiumque ad omnes res salubre est. si voles in convivio multum bibere cenareque libenter, ante cenam esto crudam quantum voles ex aceto, et item, ubi cenaveris, comesto aliqua V folia: reddet te quasi nihil ederis, bibesque quantum voles.

Alvum si voles deicere superiorem, sumito brassicae quae 2 levissima erit P. IIII. inde facito manipulos aequales tres conligatoque. postea ollam statuito cum aqua. ubi occipiet fervere, paulisper demittito unum manipulum, fervere desistet. postea ubi occipiet fervere, paulisper demittito ad modum dum quinque numeres, eximito. item facito alterum 3 manipulum, item tertium. postea conicito, contundito, item eximito in linteum, exurgeto sucum quasi heminam in pocillum fictile. eo indito salis micam quasi ervum et cumini fricti tantum quod oleat. postea ponito pocillum in sereno noctu. qui poturus erit, lavet calida, bibat aquam mulsam, cubet incenatus. postea mane bibat sucum deambuletque 4 horas IIII, agat, negoti[i] siquid habebit. ubi libido veniet, nausia[e] adprehendet, decumbat purgetque sese. tantum bilis pituitaeque eiciet, uti ipse miretur, unde tantum siet. postea ubi deorsum versus ibit, heminam aut paulo plus bibat. si amplius ibit, sumito farinae minutae concas duas, infriet in aquam, paulum bibat, constituet. verum quibus 5 tormina molesta erunt, brassica<m> in aqua macerare oportet. ubi macerata erit, coicito in aquam calidam, coquito

6 R. CLXV De brassica quod medicamenta habeat et aliis ad medicinam pertinentibus | *Cf. Plin. 19, 57. 20, 78* || 10 *Cf. Varr. 1, 2, 28* || 13 ederis v ederes || 17 demittito **A** v dimittito || 24 calida **f** v cauda || 27 *del. apogr. Ital.* || 29 deorsum (*sic* A^2) *e coniect. Pol.* deoritum || 30 conchas **Vbf** concas **Ac** || 32 brassicam in aquam **V** brassica in aqua *apogr.* | *Hunc locum cum Orib. 1, 278 contulit P. Reuther (De Catonis . . . vestigiis apud Graecos) p. 22 sqq.*

usque donec conmadebit bene, aquam defundito. postea
salem addito et cumini paululum et pollinem polentae eo-
6 dem addito et oleum. postea fervefacito, infundito in ca-
tinum, uti frigescat. eo interito quod volet cibi, postea
edit. sed si poterit solam brassicam esse, edit. et si sine
febre erit, dato vini atri duri aquatum bibat quam mini-
mum; si febris erit, aquam. id facito cotidie mane. nolito
multum dare, ne pertaedescat, uti possit porro libenter esse.
7 ad eundem modum viro et mulieri et puero dato. nunc
de illis, quibus aegre lotium it quibusque substillum est.
sumito brassicam, coicito in aquam ferventem, coquito
paulisper, uti subcruda siet. postea aquam defundito non
omnem. eo addito oleum bene et salem et cumini paulu-
lum, infervefacito paulisper. postea inde iusculum frigi-
dum sorbere et ipsam *b*rassicam esse, uti quam primum
excoquatur. cotidie id facito.

CLVII] De brassica Pythagorea, quid in ea boni sit salubri-
tatisque. principium te cognoscere oportet, quae genera
brassicae sint et cuius modi naturam habeant. omnia ad
salutem temperat conmutatque sese semper cum calore,
arida simul ⟨et⟩ umida et dulci⟨s⟩ et amara et acris. sed
quae voca⟨n⟩tur septem bona in conmixtura[m], natura
omnia haec habet brassica. nunc uti cognoscas naturam
earum, prima est levis quae nominatur: ea est grandis,
latis foliis, caule magno, validam habet naturam et vim
2 magnam habet. altera est crispa, apiacon vocatur: haec
est natura et aspectu bona, ad curationem validior est quam
quae supra scripta est. et item est tertia, quae lenis voca-
tur, minutis caulibus, tenera, et acerrima omnium est ista-
rum, tenui suco vehementissima. et primum scito, de om-
3 nibus brassicis nulla est illius modi medicamento. ad om-
nia vulnera tumores eam contritam inponito. haec omnia
ulcera purgabit sanaque faciet sine dolore. eadem tumida
concoquit, eadem erumpit, eadem vulnera putida canceres-

---

6 aquati *Keil* (*immo* vini quam minimum idque aquatum) 7 febres *Pol.* cf febris Abv ‖ 20 commutatque *Vict.* commetatque ‖ 21 arida *Keil* arido | *add. Keil* | amara *Keil* amaro ‖ 22 *add.* c | conmixtura *Keil* commixturam ‖ 23 *Cf. Plin. 19, 136; 20, 79* ‖ 26 apiaca quae vocatur *Plin. 19, 136 legisse videtur Keilio* ‖ 28 et item (et *om.* V *add. apogr.*)

que purgabit sanosque faciet, quod ⟨aliud⟩ medicamentum
facere non potest. verum prius quam id inponas, aqua ca-
lida multa lavato: postea bis in die contritam inponito: ea
omnem putorem adimet. cancer ater, is olet et saniem
spurcam mittit; albus purulentus est, sed fistulosus et sub-
tus suppurat sub carne. in ea vulnera huiusce modi te[t]ras 4
brassica⟨m⟩, sanum faciet: optima est ad huiusce modi
vulnus. et luxatum siquid est, bis die aqua calida foveto,
brassicam tritam opponito, cito sanum faciet: bis die id
opponito, dolores auferet. et siquid contusum est, erumpet:
brassicam tritam opponito, sanum faciet. et siquid in mam-
mis ulceris natum et carcinoma, brassicam tritam opponito,
sanum faciet. et si ulcus acrimoniam eius ferre non pote- 5
rit, farinam ⟨h⟩ordeaceam misceto, ita opponito. huiusce
modi ulcera omnia haec sana faciet, quod aliud medica-
mentum facere non potest neque purgare. et puero et
puellae si ulcus erit huiusce modi, farinam ⟨h⟩ordeaceam
addito. et si voles eam consectam lautam siccam sale
aceto sparsam esse, salubrius nihil est. quo libentius edis, 6
aceto mulso spargito: lautam siccam et rutam coriandrum
sectam sale sparsam paulo libentius edes. id bene faciet
et mali nihil sinet in corpore consistere et alvum bonam
faciet. siquid antea mali intus erit, omnia sana faciet, et
de capite et de oculis omnia deducet et sanum faciet. hanc
mane esse oportet ieiunum. et si bilis atra est et si lienes 7
turgent et si cor dolet et si iecur aut pulmones aut prae-
cordia, uno verbo omnia sana faciet [et] intro quae dolita-
bunt. eodem silpium inradito, bonum est. nam venae om-
nes ubi sufflatae sunt ex cibo, non possunt perspirare in
toto corpore: inde aliqui morbus nascitur. ubi ex multo
cibo alvus non it, pro portione brassica si uteris, id ut te

---

1 *add.* v (medicamentum aliud); *cf. 15* ‖ 3 ponito **A b c** imponito **V f** ‖ 6 huiusce modi *del. Keil; at cf. 14 et 17* | teras *e coniect. Pol.* tȩtras ‖ 7 *add.* v ‖ 8 siquid *Keil* siquod *(tutatur Hauler p. 26)* | in die *Keil; cf. praef.* ‖ 9 in die *Keil* ‖ 14 hordeaceam V ordeaceam *apogr.* ‖ 14. 15 huiusce modi *apogr.* huiusmodi V 15 sana v sanum ‖ 16 neque *apogr. et Vict.* nec V ‖ 23 fuerit *Keil* ‖ 27 faciet et (facit et V faciet et *apogr.* faciet *Vict.*): *ubi* facit intro *Iuc.* et *tutatur Hauler p. 26* ‖ 30 inde aliqui (unde aliquis V inde aliqui *apogr. et Vict.*) ‖ 31 id ut te] ita uti *Keil*

moneo, nihil istorum usu veniet morbis. verum morbum
articularium nulla res tam purgat, quam brassica cruda, si
edes concisam et rutam et coriandrum concisam siccam
et sirpicium inrasum et brassica⟨m⟩ ex aceto oxymeli et
8 sale sparsa⟨m⟩. haec si uteris, omnis articulos poteris ex-
periri. nullus sumptus est, et si sumptus esset, tamen vale-
tudinis causa experirus. hanc oportet mane ieiunum esse.
⟨ins⟩omnis vel siquis est seniosus, hac eadem curatione
sanum facies. verum assam brassicam et unctam caldam,
salis paulum dato homini ieiuno. quam plurimum ederit,
9 tam citissime sanus fiet ex eo morbo. tormina quibus mo-
lesta erunt, sic facito. brassicam macerato bene, postea in
aulam coicito, defervefacito bene. ubi cocta erit bene, aquam
defundito. eo addito oleum bene et salis paululum et cu-
minum et pollinem polentae. postea ferve bene facito. ubi
ferverit, in catinum indito. dato edit, si poterit, sine pane;
si non, dato pane⟨m⟩ purum ibidem madefaciat. et si
febrim non habebit, dato vinum atrum bibat: cito sanus
10 fiet. et hoc siquando usus venerit, qui debilis erit, haec
res sanum facere potest: brassicam edit ita uti S. S. E. et
hoc amplius lotium conservato eius qui brassicam essitarit,
id calfacito, eo hominem demittito, cito sanum facies hac
cura: expertum hoc est. item pueros pusillos si laves eo
lotio, numquam debiles fient. et quibus oculi parum clari
sunt, eo lotio inunguito, plus videbunt. si caput aut cer-
11 vices dolent, eo lotio caldo lavito, desinent dolere. et si
mulier eo lotio locos fovebit, numquam † umseri fient, et
fovere sic oportet: ubi in scutra fervefeceris, sub sellam
supponito pertusam. eo mulier adsidat, operito, circum
vestimenta eam dato.

---

1 morbis *del. Keil* ‖ 3 coriandrum *cum aliquot apographis* v coriendrum | concisam siccam *cum f tutatur Hauler p. 27.* concisam sictam: *ubi* consectam *Keil* ‖ 4 laserpitium *Iuc.* | inrasum *Iuc.* inrasam ‖ 4. 5 *add. Keil* ‖ 5 si uteris Vbm sic uteris cf sic uterus A ‖ 7 experirus *non mutavi, etsi res dubia est.* experires *Keil*[2], experire *Keil*[1]; *cf. praef.* ‖ 8 *add. Keil* | si quis est vel *Keil* ‖ 11 *Cf. c. 156, 5* ‖ 14 paululum (paulum V paululum *apogr. et Vict.*) ‖ 17 *add.* vf ‖ 18 atrum v acrum ‖ 19 fiet (siet V fiet *apogr.*) ‖ 22 facies *Iuc.* faciet ‖ 23 idem *apogr.* item V ‖ 26 dolere m *cum* bcv dolore ‖ 27 miseri m, *Hauler p. 27* ‖ 29 eo *apogr.* ea V

Brassica erratica maximam vim habet. eam arfacere et 12
conterere oportet bene minutam. siquem purgare voles,
pridie ne cenet, mane ieiuno dato brassicam tritam, aquae
cyat[h]os IIII. nulla res tam bene purgabit, neque elleborum
neque scamonium, et sine periculo, et scito salubrem esse
corpori. quos diffidas sanos facere, facies. qui hac purga- 13
tione purgatus erit, sic eum curato. sorbitione liquida hoc
per dies septem dato. ubi esse volet, carnem assam dato.
si esse non volet, dato brassicam coctam et panem, et bi-
bat vinum lene dilutum, lavet raro, utatur unctione. qui
sic purgatus erit, diutina valetudine utetur, neque ullus
morbus veniet nisi sua culpa. et siquis ulcus taetrum vel
recens habebit, hanc brassicam erraticam aqua spargito,
opponito: sanum facies. et si fistula erit, turundam intro 14
trudito. si turundam non recipiet, diluito, indito in vesicam,
eo calamum alligato, ita premito, in fistulam introeat: ea
res sanum faciet cito. et ad omnia ulcera vetera et nova
contrita<m> cum melle opponito, sanum faciet. et si poly- 15
pus in naso intro erit, brassicam erraticam aridam tritam
in manum conicito et ad nasum admoveto, ita subducito
susum animam quam plurimum poteris: in triduo polypus
excidet. et ubi exciderit, tamen aliquot dies idem facito, ut
radices polypi persanas facias. auribus si parum audies, 16
terito cum vino brassicam, sucum exprimito, in aurem intro
tepidum instillato: cito te intelleges plus audire. depetigini
spurcae brassicam opponito, sanam faciet et ulcus non faciet.

Alvum deicere hoc modo oportet, si vis bene tibi [CLVIII
deicere. sume tibi ollam, addito eo aquae sextarios sex
et eo addito ungulam de perna. si ungulam non habebis,
addito de perna frustum P. S quam minime pingue. ubi
iam coctum incipit esse, eo addito brassicae coliculos duos,
betae coliculos duos cum radice sua, feliculae pullum, herbae
Mercurialis non multum, mitulorum L. II, piscem capitonem
et scorpionem I, cochleas sex et lentis pugillum. haec 2

---

1 *Cf. Plin. 20, 92* || 8 assam v asinam || 9 non volet v non solet || 18 *add. Iuc.* || 20 in manum *Gesner.* in malum || 22 aliquod || 25. 26 depetigini spurcae *Schn.* depetiginis porcae || 27 R. CLXVI Aluum deicere hoc modo oportet || 30 addito de perna (pone de perna V addito de perna *apogr. et Vict.*) || 31. 32 colicolos *utroque loco*

omnia decoquito usque ad sextarios III iuris. oleum ne addideris. indidem sume tibi sextarium unum tepidum, adde vini Coi cyatum unum, bibe, interquiesce, deinde iterum eodem modo, deinde tertium: purgabis te bene. et si voles insuper vinum Coum mixtum bibere, licebit bibas. ex iis tot rebus quod scriptum est unum, quod eorum vis, alvum deicere potest. verum ea re tot res sunt, uti bene deicias, et suave est.

CLVIIII] Intertrigini remedium. in viam cum ibis, apsinthi Pontici surculum sub anulo habeto.

CLX] Luxum siquod est, hac cantione sanum fiet. harundinem prende tibi viridem P. IIII aut quinque longam, mediam diffinde, et duo homines teneant ad coxendices. incipe cantare [in alio s. f. moetas uaeta daries dardaries asiadarides una petes usque dum coeant]: 'motas uaeta daries dardares astataries dissunapiter', usque dum coeant. ferrum insuper iactato. ubi coierint et altera alteram tetigerint, id manu prehende et dextera sinistra praecide, ad luxum aut ad fracturam alliga, sanum fiet. et tamen cotidie cantato [in alio s. f. vel luxato. vel hoc modo, huat hauat huat ista pista sista dannabo dannaustra] et luxato vel hoc modo: 'huat haut haut istasis tarsis ardannabou dannaustra'.

CLXI] Asparagus quo modo seratur. locum subigere oportet bene, qui habeat umorem, aut locum crassum. ubi erit subactus, areas facito, ut possis dextra sinistraque sarire runcare, ne calcetur. cum areas deformabis, intervallum facito inter areas semipedem latum in omnes partes. deinde

---

1 decoquito (coquito V decoquito *vel* dequoquito *apogr.*) | 3 coi v cui || 5. 6 exusto trebus (ex his tot rebus Vb ex iis tot rebus A *et Vict.* exusto trebus mf eusto trebus c) || 9 R. CLXVII Intertrigini remedium si uia ibis | *Cf. Plin. 26, 91* | in uiam (in uiã *Pol.* in uiam *apogr. rec. et Vict.* in uia A) || 11 R. CLXVIII Luxum ut excantes | siquid *Keil.* siquod *tutatur Hauler p. 26* *Cf. Plin. 17, 267; 28, 21* || 14—15 *Cf. Skutsch apud R. Heim (Incantam. mag. Gr. Lat. Nov. ann. suppl. 19) p. 565 sq.; Wessely* '*Wien. Stud.*' *20 (a. 1898) p. 135 sqq. Verba ex alio codice* ('in alio sic fertur') *adscripta inclusi* || 17 tetigerit *Vict. cum f, Keil* || 23 R. CLXVIIII Asparagus quomodo seratur | Asparagus quomodo seratur *post rubricam omissa in initio capitis posuit Gesner* | *Cf. c. 6, 3, Plin. 19, 147* || 24 humorem aut loco crasso (*ubi* aut locum crassum *Plinius legisse videtur Keilio, quod reposuit)*

serito, ad lineam palo grana bina aut terna demittito et eodem palo cavum terra[e] operito. deinde supra areas stercus spargito bene. serito secundum aequinoctium vernum. ubi erit natum, herbas crebro purgato cavetoque ne 2
asparagus una cum herba vellatur. quo anno severis, s⟨at⟩um stramentis per hiemem operito, ne praeuratur. deinde primo vere aperito, sarito runcatoque. post annum tertium, quam severis, incendito vere primo. deinde ne ante sarueris, quam asparagus natus erit, ne in sariendo radices laedas. tertio aut quarto anno asparagum vellito ab radice. nam 3
si defringes, stirpes fient et intermorientur. usque licebit vellas, donicum in semen videris ire. semen maturum fit ad autumnum. ita, cum sumpseris semen, incendito, et cum coeperit asparagus nasci, sarito et stercorato. post annos VIII aut novem, cum iam est vetus, digerito et in quo loco posturus eris terram bene subigito et stercerato. deinde fossulas facito, quo radices asparagi demittas. inter- 4
vallum sit ne minus pedes singulos inter radices asparagi. [e]vellito, sic circumfodito, ut facile vellere possis: caveto ne frangatur. stercus ovillum quam plurimum fac ingeras: id est optimum ad eam rem: aliut stercus herbas creat.

Salsura pernarum et ofellae Puteolanae. pernas sal- [CLXII
lire sic oportet in dolio aut in seria. cum pernas emeris, ungulas earum praecidito. salis Romaniensis moliti in singulas semodios. in fundo dolii aut seriae sale sternito, deinde pernam ponito, cutis deosum spectet, sale obruito totam. deinde alteram insuper ponito, eodem modo obruito, 2
caveto ne caro carnem tangat. ita omnes obruito. ubi iam omnes conposueris, sale insuper obrue, ne caro appareat: aequale facito. ubi iam dies quinque in sale fuerint, eximito omnis cum suo sale. quae tum summae fuerint, imas

---

2 *del.* v || 5 euellatur *Plin. 19, 148, Keil; cf. Hauler p. 29* 5. 6 severis, s⟨at⟩um stramentis *scripsi* (*cf. praef.*). seueris sūstramentis (*ubi* severis, semen stramentis *Keil.* severis, substramentis v) || 6 peruratur *Iuc. cum* f, *Keil; cf. Hauler p. 29* 7 sarito runcatoque (sarritoque runcatoque V sarito runcatoque *apogr. et Vict.*) || 14 sarito Abf sarrito Vc || 16 stercerato *Pol.* stercorato Av *cum apogr. rec.* || 17 quo *Keil.* qua || 19 *del. Vict.* || 22 R. CLXX Salsura pernarum et ofellae puteolanae Salsura—puteolanae *post rubricam om. add. Keil*

3 facito eodemque modo obruito et conponito. post dies omnino XII pernas eximito et salem omnem detergeto et suspendito in vento biduum. die tertio extergeto spongea bene, perunguito oleo, suspendito in fumo biduum. tertio die demito, perunguito oleo et aceto conmixto, suspendito in carnario. nec tinia nec vermes tangent.

---

1 post dies v post diem ‖ 3 extergeto *Iuc. cum* **A** extergito spongea *Pol.* f spongia **Abcv** ‖ 6 tineae *Keil; cf. 98, 1* | M. Catonis de agricultura explī feliciter

INDEX NOMINVM

STAAT UND GESELLSCHAF' DER GRIECHEN UND RÖMEI

Von

U. v. WILAMOWITZ-MOELLENDORFF und J. KROMAYE

(Kultur der Gegenwart, Teil II, Abt. 4, 1)

2. Aufl. [U. d. Pr. 1922]

Die Darstellung von Staat und Gesellschaft der Griechen gliedert si entsprechend dem allgemeinen Gange der Geschichte ebenso wie Darstellung der Literatur in die hellenische, attische und hellenistisc Periode. Weiter herabzugehen verbietet sich hier aber dadurch, daß der Kaiserzeit von einem griechischen Staate nicht wohl die Rede se kann. Vorausgeschickt ist eine knappe Übersicht über die Griechen u ihre Nachbarstämme, damit die Ausdehnung und Bedeutung des Volk über die Grenzen des eigentlichen Griechenlandes hinaus klar werde. der hellenischen Periode soll wesentlich die typische Form des griecl schen Gemeinwesens als Stammstaat anschaulich werden, danach entwickelte athenische Demokratie, endlich das makedonische Königtu und neben und unter diesem die griechische Freistadt. Die Gesellsch kommt wesentlich nur so weit zur Darstellung, als sie die politisch Bildungen erzeugt und trägt.

Die geschichtliche Entwicklung des römischen Staates, von den kleinst und primitivsten Anfängen zum Umfange des Weltreichs, wird in d Stufen dargestellt, und zwar so, daß auf jeder Stufe das Leben, wie sich in der äußeren Staatsentwicklung, in der inneren staatlichen Au gestaltung und schließlich in gesellschaftlicher Richtung entwickelt h in einem möglichst abgeschlossenen Bilde vorgeführt wird. Zuglei wird die Entwicklung von der Urkultur der Italiker durch die Zwische stufe des Hellenismus zum schließlich siegreichen Orientalismus, von d primitivsten Anfängen staatlichen Lebens zu der vollendetsten Beamte und Verwaltungsorganisation, die das antike Leben überhaupt kennt u die bis auf unsere Zeit nachwirkend geblieben ist, gezeichnet.

VERLAG VON B. G. TEUBNER IN LEIPZIG UND BERL

Preisänderung vorbehalten